



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Œcumenica Cathedræ Apostolicæ Avthoritas

Reding, Augustin

[Ort nicht ermittelt], Anno M.DC.LXXXIX.

Disquisitio VIII. Quid possit Summus Pontifex circa Ecclesiam Gallicanam,
ejusque specialia jura & libertates?

urn:nbn:de:hbz:466:1-38717

inviti. Nam adhuc anno 1636. cum in Comitibus Cleri Gallicani Procuratores, seu Promotores inter Acta Cleri paulo ante collecta, Concordata inter Leonem X. & Franciscum I. relata fuisset, atque inde tacitum Cleri consensum, & Concordatorum approbationem fortassis inferendam monuissent, Comitibus authenticè declararunt, instrumentum illud ad Ecclesiasticorum virorum commoditatem, non autem in majoris approbationis signum illic fuisse insertum. Itaque licet titulo 1. Concordatorum prædictorum referatur, ea fuisse Statuta loco dictæ Pragmaticæ Sanctionis, ac omnium Capitulorum in ea contentorum: tamen adhuc nonnulla retinentur, quæ Concordatis expressè contraria non sunt.

39. Cæterum Ecclesia Gallicana, quæ, ut se à Summorum Pontificem exactionibus, & Beneficiorum reservationibus liberam servaret, ad Potestates sæculares recurrit. Potestatis sæcularis facta est serva, & cum Romani Pontificis jurisdictionem molestè ac graviter tulit, suam, à laica ferè omninò absorptam ingemuit. Testantur enim Parliamentorum placita, Advocatorum libri, inò frequentes Cleri Gallicani querelæ, prætextu tuendarum libertatum Gallicanarum, & impediendorum abusuum, jurisdictionem Ecclesiasticam à sæculari esse ferè penitus extinctam.

40. Nec magna futuræ restitutionis spes affulget. Cum enim Summi Pontificis auctoritas in Gallia plenè vigeret, poterat Episcopis, aliisque Ordinibus Ecclesiasticis viris ad defendenda sua jura opem ferre. At nunc eam imminutà, etiam postulante Clero, aut potius restricto ejus potestatis usu, parùm efficax auxilium à sancta Sede sperari potest, nisi Christianissimi Regis religio ad Majorum suorum exemplum, certò sibi persuadeat, maximam gloriæ suæ partem in liberanda, & protegenda Ecclesia esse positam, suamq; auctoritatem, sicut pro fide restauranda, sic pro restituenda Ecclesiæ libertate seridè impendat.

41. Sicut igitur Gallia ipsa exactionibus, & Beneficiorum reservationibus, quibus se à Pontificibus, vel ab eorum Officialibus premere conquirebatur, occasionem præbuerat, Pontifices Avenionem advocans, ut viciniore haberet, ac postmodum in schismate inter plures Pontifices Avenionensium partes amplectens; sic etiam ut se adversus illa onera contra Potestatem Ecclesiasticam tueretur ad laicam recurrens, ab ista in duriorum, ac miserabiliorem servitutem redacta est. Hoc utrumque testantur scriptores Gallicani. Genebradus Chron. lib. 4. in Clement. V. de translatione Sedis Pontificiæ, ista scripsit; Denique hæc Sedis Apostolicæ translatio valde servavit antiquam Ecclesiæ facièm. Nam præter inauditas dispensationes, & sanctorum Canonum enervationes, perijt illud Divinum jus, secularia secularibus, & regularia regularibus; maximè in Gallia, dum Pontifices hujus transmigrationis plusquam Babylonica (nam observantiam regularem, disciplinam Ecclesiasticam penè totam, jura denique condidit, corruptisque) Patriæ, & Principibus impiè

favere gestiant. En servitutis origo, en libertatis vindicandæ occasio.

Pragmaticam Sanctionem Judicibus sæcularibus ad opprimendam, & ferè extinguendam Jurisdictionem Ecclesiasticam, viam stravisse, docet Tractatus de Jurisdictione Ecclesiastica to. 1. cap. 9. Actorum Cleri, editionis 1673. exscriptus.

Non est tamen hic omittendum, Edmundum Richerium Doctorem ac Socium Sorbonicum in Libro de Ecclesiastica, & politica potestate num. 13. Gallicanarum libertatum originem appellationibus ab abusu tribuere; Hæc ratio procedendi Gallorum, inquit, de appellationibus loquens; originem præbuit Ecclesiæ Gallicanæ libertatibus, ut eas vulgò nominant, Quæ certè origo, si vera est, & plurimum est Ecclesiæ odiosa, nec multum antiqua.

~~~~~

#### DISQUISITIO VIII.

Quid possit Summus Pontifex circa Ecclesiam Gallicanam, ejusque specialia jura & libertates?

§. I.

MERITO hæc præmittenda venit descriptio Ecclesiæ Gallicanæ, de cujus præsentia libertate hæc agitur, quod ex sæpe facto Athore tractatus de libertat. Ecclesiæ Gallic. lib. 4. cap. 2. à n. 6. hæc exhibemus. Quamvis igitur Ecclesiæ nomen pro Clero frequentius usurpetur: tamen cum de libertatibus Gallicanis agitur, ea vox non solum Antistes, sed & Laicos complecti, maximè Regem, ejusque Officialia, à nonnullis dicitur; adeo ut Ecclesiæ Gallicanæ significet fideles omnes in hoc Regno degentes, cum aliquo tamen ordine ad Religionem, ad quam referatur omnis Ecclesiæ apud Christianos: qua in resolum cavendum est, ne sub nominis æquivocatione fraus contegatur, quod reverà contigit, conqueritur Illustrissimus & doctissimus Franciscus Bosquetus Episcopus Montispellulani in ea ad Stephanum Balozium epistol. quæ ante libros D. de Marca de concord. Sacror. Imp. edita est. Incidit, inquit, in locum ejus scriptoris anonymi, qui ementio Gallicanæ libertatis propugnandæ titulo librum notà censoriam olim adustum, Regià sanctione proscriptum, ac perpetuis tenebris damnandum, in lucem esse ausus est: illo falsam thesim (scilicet Laicorum aequè ac Clericorum ceterum Ecclesiæ Gallicanæ componere, ejusque communi decreto publica ejus Ecclesiæ negotia decidi, & non Episcoporum jussu, ad quos propositionem de difficultibus negotiis, quæ ad ipsorum vocationem spectant, tantum pertinere) & auctoritate amici nostri fulcire nititur. Quamvis fraudem scriptoris facillimè detegerem, & lusam ejus mentem in æquivoco, ut loquuntur Logici, cum libertatis, tum Ecclesiæ nomine animadverteterem. Alia est enim significatio Ecclesiæ, quæ fideles omnes complectitur, ut & libertatis, quæ singulos

singulos fonte Baptismatis venatos Christus donavit: alia Ecclesia, quae etiam apud antiquos scriptores solum Clericalem ordinem, ut & libertatis, quae jus & facultatem, seu potestatem universam regendi Ecclesiam Sacerdotali ordine, in primis Petri Apostolorum Coriphai successoribus, Divinam constitutione tradidit, comprehendit.

Nec est, quod aliquis circa hoc nomen questionem moveat, quod caeteris quidem caeteribus praesse unum aliquem Pastorem cernat, puta Ecclesiam universae Summum Pontificem, Diocesi Patriarcham, aut Exarchum, Provinciae Metropolitanam, Parochiae Episcopum; Gallis autem omnibus, ut à caeteris Regnis discernantur, unus quispiam non sit praepositus. Rex namque, cujus imperio subiacent, eos in unum quidem corpus politicum conjungit, sed non in unam Ecclesiam, cum in Laicorum ordine censeatur. Observandum enim est, Romanum Pontificem tanquam Summum Pastorem, totius Ecclesiae Caput existere, totius autem Occidentis tanquam ejus Patriarcham; Galliae verò Caput specialius posse nuncupari propter antiquiorem, & strictiorem illius Regni cum Ecclesia Romana conjunctionem. Nec enim, ut Ecclesia Gallicana una sit, opus est, ut intra se unicum Caput habeat, sed satis est, ut ejus membra non unius regiminis politici tantum, sed unius quoque Religionis vinculo arctiori conjuncta, totius Ecclesiae Capitulum etiam intimè cohæreat, illud praecipuis observantiae, atque obedientiae officijs excolat, ejusque vicissim amoris, ac sollicitudinis specialis beneficio potiarit.

Hujus igitur Gallicanae Ecclesiae libertates variae, uti haecenus visum est, praetenduntur: inter haec autem referri potest, quod existimetur, Summorum Pontificum constitutiones, imò Conciliorum quoque Oecumenicorum Canones nisi circa fidem dicantur, non valere, priusquam fuerint discussa & verificata à Parliamentis, id enim satis expressè affirmat Carolus Feuretus lib. 1. Sum. cap. 4. num. 11. 24. & 25. adiciendo, Galliam suis libertatibus uti cum tacito Romanorum Pontificum consensu.

Hæc expendens Author citati tract. de libertat. Ecclesiae Gallicanae lib. 2. cap. 10. à n. 2. rem ita prosequitur. Non quarimus, inquit, utrum, quando Rex legitima sua jura impeti metuit, damnum praecavere possit, adhibito Actu, qui à Curia Romana emanant, examine, aut à Clero, & populo suo manifestam injuriam propulsare, sed an in Gallia Judicium, & aliorum fidelium tuta sit conscientia, si Ecclesiae universae, aut sanctae Sedis mandata, circa res spirituales, & Ecclesiasticas non evidentè injusta rejiciantur, aut non acceptentur à Senatu, à Clero autem, vel à Populo executioni non demandentur.

Error esset intolerabilis, si à Senatu, aut Rege ipso Summi Pontificis autoritas circa res spirituales, & Ecclesiasticas pendere crederetur. Hæresis est ista jam pridem ab Ecclesia damnata, & Scripturae oraculis contraria. Cum enim Christus vicarium in ter-

ris suum, ac in ejus personam legitime successores Pontifices creavit, supremam suam potestatem participes fecit, eamque potestatem soli Deo subjecit. Et tibi dabo claves Regni caelorum; & quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in caelis: & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in caelis, Matth. 16.

Si Christus Principibus omnibus supremis Ecclesiae jurisdictionem submisisset, jus illud etiam Paganis & Hæreticis, penes quos est legitimum dominium, sine dubio competere, quod ab omni ratione, ac Religionis sensu alienissimum est. Quis enim credat, voluisse Deum Ecclesiae suae regimen infensissimis suis hostibus supponere? Ergone invalida fuissent primis saeculis, dum Imperium, & Regna penes Imperatores, & Reges infideles, aut hæreticos erant, Summorum Pontificum, & Conciliorum decreta tunc edita, utpote à Principibus illis, & Christianae Religionis persecutoribus non examinata, non probata, non recepta, non promulgata?

Sed quid juris circa hoc Principibus accessit, dum ad Christianam fidem conversi sunt, nisi quod baptismali caractere insigniti, in Ecclesiae filiorum, ac subditorum numero conscripti fuerunt, ex quo non solum ad exequenda illius mandata, sed etiam ad procurandam, adhibita potestate sibi Divinitus tradita, illorum executionem tenentur. De ijs, qui foris sunt, ut loquitur D. Paulus, id est, qui extra Ecclesiam, & per baptismum in illam nondum ingressi sunt, non judicat Ecclesia. At certè quicumque se Christianos profitentur, debent Ecclesiam audire, ac ejus praecipuis obtemperare. Sic habuerunt, ac professi sunt, quotquot veri Christiani, ac pij Principes extiterunt, ut produnt varia Ecclesiasticae historiae monumenta: id multoties declaravit Constantinus Magnus, praesertim in Rescripto ad Episcopos Concilij Arelaten- sis primi: Meum iudicium, inquit, postulant (Donatistae) qui ipse iudicium Christi expecto. Dico enim, ut se veritas habet, sacerdotum iudicium ita debet haberi, ac si ipse Dominus resedens iudicet. Nihil enim licet his aliud sentire, vel aliud iudicare, nisi quod Christi magisterio sunt edocti. Quid igitur sentiunt maligni homines, officina, ut verè dixi, diaboli? perquirunt saecularia, relinquentes caelestia. Orabida furoris audacia! sicut in causis gentium fieri solet, appellationem interposuerunt. Equidem gentes minora interdum iudicia refugientes, ubi iustitia deprehendi (reprehendi legendum arbitror) potest, magis ad majora iudicia auctoritate interposita ad appellationem se conferre sunt solita. Quid hi detractores legis, qui venientes caeleste iudicium, meum putaverunt postulandum, sic sentire de Christo Salvatore, ecce iam proditores, &c.

Theodosius Junior, & Valentinianus III. in Constitutione, quâ Decretum S. Leonis I. contra Hilarium Archiepiscopum Arelatensem executioni demandari iusserunt, expressis verbis declarant, Summi Pontificis sententiam sine Imperatorum intercessione vim quam obtinere. Lata sententia, inquit,



per Gallias etiam sine Imperiali sanctione valitura. Quid enim tanti Pontificis auctoritati in Ecclesiis non liceret? Sed nostram quoque præceptionem hæc ratio provocavit, ne ulterius vel Hilario, quem adhuc Episcopum nuncupari, sola mansueti Præsulis permittit humanitas, nec cuiquam alteri Ecclesiasticis rebus arma miscere, aut præceptis Romani Antistitis liceat obviare. Artibus enim talibus fides, & reverentia nostri violatur Imperij.

2. In eo pietatis, ac iustitiæ sensu Imperatoribus inferiores non extiterunt Reges Christianissimi; quod sæpe de se ipsi contestati sunt. De Carolo Magno Ivo Episcopus Carnotensis, Gratianus, aliique quamplures verba ista referunt, tam generoso, tamque Christianissimo Rege, atque Imperatore digna. In memoriam Beati Petri Apostoli honoremus Romanam, & Apostolicam Sedem, ut, quæ nobis Sacerdotalis mater est dignitatis, esse debeat Magistra Ecclesiasticæ rationis. Quare servanda est cum mansuetudine humilitas, ut, licet vix ferendum ab illa sancta Sede imponatur iugum, conferamus, & piâ devotione toleremus.

10. S. Ludovicus, ut alibi notavimus, inter alia, quæ Philippo III. filio suo conscripsit, eum, ut non solum Ecclesiæ Romanæ, sed etiam Summo Pontifici subjaceret, admonuit: non enim piissimus ille Rex ad infringendam, & imminuendam obedientiam, ut plerique hodie faciunt, Pontificem à Sede separabat. Sis devotus, & obediens Matri nostræ Romanæ Ecclesiæ, & Summo Pontifici tanquam Patri spirituali. Tantum aberat, ut Augustissimi illi Principes Ecclesiæ Romanæ, ac Summi Pontificis, & Ecclesiæ universæ à Concilio Oecumenico representatæ Decretorum Iudices agerent, ut illis, etiam si gravia viderentur, sese humiliter subicerent.

11. Sed & Philippus IV. qui primus omnium cum Romano Pontifice apertius disceptavit, si sanctæ Sedis Decreta à se, vel à suo Senatu non probata vim obligandi non habere sensisset, an non Bonifacij VIII. constitutiones contempnisset? An censuras à Benedicto XI. sublatas, deinde à Clemente V. expressius tollendas curasset?

12. Non igitur de Christianissimo Rege, aut ejus Officialibus, & Iudicibus, multò minus de Clero, & plebe præsumendum est, in ea esse sententia, ut Ecclesiastica mandata vim obligandæ conscientiæ à potestate aliqua sæculari mutuari arbitrentur, aut prohibente illâ, exequenda non esse, si modò iusta sint, qualia æstimanda sunt, quoties non patet iniustitia. Eò tantum spectat illorum examen, ut Regi, aut Regno non fiat injuria, aut Edicta iniusta per obreptionem, aut subreptionem evidentem obtenta, effectum fortiantur. Caterùm si illa occasione Senatus sanctæ Sedis Iudicem se constituat; si perperam ejus mentem interpretetur; si sine iustissimis causis ejus decretorum executionem impediat, non libertates Ecclesiæ Gallicanæ defendit, sed Ecclesiam Romanam simul, & Gallicanam in servitutum redigit, ac se omnibus censuris contra illa sacrilegia inflatis illaqueat.

Quamobrem non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus vani sunt prætextus illi, quibus aliquando iustissima sanctæ Sedis Decreta repudiantur; scilicet quòd in ipsa observata non fuerint formulæ constitutionibus Regijs, vel Senatûsconsultis inductæ, aut quòd edita sint proprio motu, vel cum consilio alicujus Congregationis, cujus auctoritas non agnoscat in Gallia: quæ quidem excusationes si sufficerent, cum semper eorum aliqua præstò sit, tota Summi Pontificis potestas corrueret, vel, quod in idem recidit, à Francorum arbitrio pendèret omnem illud exercitium.

Nec illa Iudicum sæcularium iniustitia illis prodest, qui eo tantum prætextu debitam Ecclesiæ obedientiam denegant, cum certissimè sciant fideles, non potestatem Laicis, sed Apostolis, eorumque successoribus dictam à Christo Domino nostro esse. Quæcumque alligaveritis super terram, erunt ligata & in celo: & quæcumque solveritis super terram, erunt soluta & in celo. Matth. 18. Hæc adeò posse quidem Senatûsconsulta à pœnis temporalibus, non autem à Censuris Ecclesiasticis, multò minus à Dei iudicio liberare.

Hæc equidem in Pontificijs constitutionibus examinandis libertas præsumi haud potest à Gallis reduci in hoc, ac si Pontifici Maximo non esset potestas pro Franciæ Regno novas condendi leges Ecclesiasticas, sed creditur potius nisi communibus Iuris principijs de promulgatione & acceptance necessariâ legum, ad hoc, ut obligare valeant.

## §. II.

De auctoritate Pontificia ad novas condendas leges pro universo Christiano orbe, ejusque Regnis, ac Provincijs.

A Uthor præcitati tract. de libert. Eccl. Gallic. cap. 11. centum præteritis difficultatis statuit in hoc puncto; An Romanus Pontifex, adversus quem vel omnino, vel præcipuè convertantur libertates Ecclesiæ Gallicanæ, condendarum præ alijs, ultra suam specialem provinciam, orbis Christiani partibus, legum habeat potestatem? Afferat equidem, nefas esse, de Christianissimo Regno suspicari, quòd hæc Summi Pontificis auctoritas in dubium à Gallis revocetur. Quia tamen aliquorum facta cum verbis pugnare videntur, dum ita leges Pontificis habent, quasi à Superiore non emanassent, non fore inutile; jus illud Summi Pontificis monumentis antiquissimis, atque adeò in hac materia maximi ponderis, confirmare, ut ex Gallorum, & ex Summorum Pontificum testimonijs liqueat, summam cum veneratione jam à primis susceptam fidei temporibus obtemperatum fuisse ab inclytæ illius Nationis hominibus sanctæ Sedis Decretis, non adhibitis illis formulis, quæ posterioribus sæculis in illo Regno excogitatæ sunt, ad examinandas leges Ecclesiasticas, & quæ alio prætextu

textu excusari non possunt, nisi forte quod hæc cautela necessaria sit, ne quid à Summo Pontifice, vel ab ejus Officialibus per obreptionem, ut subreptionem impetretur, quod vel loco, vel tempori minus conveniat.

17. Ad hoc firmandum, inducitur S. Innocentius à Victricio Rothomagensi Episcopo de Clericis incontinentibus, aliisque capitibus anno 404. consultus, qui decretum Syricij Papæ in epist. 1. quæ est ad Himerium Tarraconensem cap. 7. ferè ad verbum exscripsit, prout videre licet in utriusque illius Pontificis epistolis, quarum argumenta præsentis nostro instituto deservientia, & in continenti proponenda excerptis Dionysius Exiguus magnæ apud Gallos autoritatis.

ARGUMENTUM I.

Ex Rescripto S. Innocentij à Victricio Rothomagensi Episcopo consulti.

Multa circa Pontificis Rescriptum occurrunt notata digna Primum est. Tameñ Victricius elerterum Ecclesiasticarum peritissimus, Romanum tamen Pontificem adijt, non ut Doctorem peritorem, sed ut Pontificem, à quo norma, & autoritas esset requirenda. En epistola Innocentij principium. Innocentius Victricio Episcopo Rothomagensi, Salutem. Eri, frater charissime, pro merito, & honore Sacerdotij, quo plurimum polles, vivendi, & docendi secundùm Ecclesiasticas regulas nota sunt omnia, neque est aliquid, quod de sacris lectionibus tibi minus collectum esse videatur. Tamen quia Romana Ecclesia normam, atque autoritatem magnoperè postulasti, voluntati tuæ morem admodum gerens, digestas vitæ, ac morum probabilitum disciplinas annexas litteris meis misi.

19. Secundò responsum suum, indicat Summus Pontifex legis loco habendum, nec ullum supponit futurum ejus examen, aut formulam aliquam receptionis, sed fatissore, ut cognoscatur ex significatione ab eodem Victricio faciendâ: Per quas (disciplinas) advertam Ecclesiarum regionis vestræ populi, quibus rebus, & regulis Christianorum vita in sua cujuscumque professione debeat contineri, qualisque servetur in urbis Romæ Ecclesijs disciplina. Erit dilectionis tuæ, per plebes finitimas, & Consecratos nostros, qui in illis regionibus proprijs Ecclesijs præsentem, regularum hanc librum quasi didascalicum, atque monitorem sedulo insinuare: ut & nostros cognoscere, & ad fidem confluentium mores valeant docendi sedulitate formare.

20. Tertio proficitur, le anteriorum Pontificum, & Patrum vestigia sectari. Is enim, ut alibi notavimus, Summorum Pontificum, æquè ac Gallorum, imò magis, mos fuit, disciplinæ regulas, ut erant antiquissimæ, ita maxime venerari. Non quod nova aliqua præcepta imperentur, inquit, sed ea, quæ per defidiam aliquorum neglecta sunt, ab omnibus observari cupiamus: quæ tamen Apostolicæ, & Patrum traditionis sunt constituta.

21. Quarto nec id tantùm decrevit Innocen-

tius, quia fuerat à Victricio consultus, sed quia ejus erat, omnium Ecclesiarum abusus, ut sibi denunciati fuerant, opponere remedium; Ecclesiarum autem, eam admittere curationem; Ergo, addit idem Pontifex, ne silentio nostro existimemur his præbere consensum, dicente Domino: Videbas furem, & currebas cum eo, hæc sunt, quæ deinceps intuitu Divini judicij omnem Catholicum Episcopum expedit custodire.

ARGUMENTUM II.

Petitur ex epistola ejusdem Innocentij anno 405. ad S. Exuperium Episcopum Tolosanum scripta, nec non ex Siricij Papæ Apostolicis litteris ad Himerium Episcopum Tarraconensem anno 385. scriptis.

22. E Tenim Innocentij præfati ad S. Exuperium rescripta epistola inchoat sub hisce verbis. Innocentius Exuperio Episcopo Tolosano salutem. Consulenti tibi, frater charissime, quid de proposita specie sentirem: pro captu intelligentiæ meæ, quæ sunt visa, respondi, quid sequendum, vel docilis ratio persuaderet, vel autoritas lectionis ostenderet, vel custodita series temporum demonstraret. Equidem dilectio tua institutum secuta prudentium, ad Sedem Apostolicam referre maluit, quid de rebus dubijs custodire potius, quàm usurpatione præsumptâ, quæ sibi viderentur, de singulis obtinere.

23. Deinde respondet ad quæsitum de incontinentia Sacerdotum in eundem modum, quo anno 385. Siricius Papa Himerio Episcopo Tarraconensi. Sed (quod diligentissimè animadvertendum est, & probat, Summorum Pontificum responsa legum vim habuisse, licet non essent solemniter promulgata, vel acceptata) cum ad pœnam venit, quæ à Siricio contra incontinentes decreta fuerat, licet Himerio Siricius suam epistolam non præcepisset, saltem expressè, cum Gallicanis Ecclesijs communicare, declarat Innocentius eos, qui in Gallia illam non ignorassent, omnium pœnarum in illa contentarum reos habendos: Sed ea planè dispar, & diversa sententia est. Nam si ad aliquos forma illa Ecclesiastica vitæ pariter, & disciplina, quæ ab Episcopo Siricio ad Provincias commearit, non probabitur pervenisse: his ignorationis venia remittitur. . . . Si qui autem scisse formam vivendi missam à Siricio deteguntur, neque statim cupiditates libidinis abjecisse, illi sunt modis omnibus submovendi, qui post admonitionem cognitam, præponendam arbitrasi sunt voluptatem.

24. Fecerat quidem Siricius Gallicorum mentionem, Himerio injungens, ut epistolam suam in illorum notitiam deduceret. Sed eo nomine Pontifex significabat illos, qui vulgò de Galizia. Porro quæ fuerit mens ipsius Siricij circa publicationem, & receptionem ordinationum Pontificiarum, indicant ejus verba: Hæc, quæ ad tua consulta rescripsimus, in omnium Coepiscoporum nostrorum perferri facias notitiam, & non solum eorum, qui in tua sunt Diocesi constituti, sed etiam ad universos Carthaginienses

nenses, & Bethicos, & Lusitanos, atque Gallicos, vel eos, qui vicinis tibi collimitant hinc inde Provincijs, hæc, quæ à nobis sunt salubri ordinatione disposita, sub litterarum tuarum prosecutione mittantur, & quamquam statuta Sedis Apostolica, vel Canonum venerabilia definita nulli Sacerdotum Domini ignorare sit liberum: utilitatis tamen & pro antiquitate Sacerdotij sui dilectioni tuæ esse admodum poterit gloriosum, si ea, quæ ad te speciali nomine generaliter scripta sunt, per unanimatis tuæ sollicitudinem in universonum fratrum nostrorum notitiam perferantur, quatenus & quæ à nobis non inconsulte, sed provide sub nimia cautela, & deliberatione sunt & salubriter constituta, intemperate permisceant, & omnibus in posterum excusationibus aditus, qui jam nulli apud nos patere poterit, obstruantur.

## CONCLUSIO.

25. DE fide certum est, existere in Summo Pontifice potestatem legislativam erga Universam Ecclesiam.

Explicatur ex illis Christi Domini Matth. 16 ad Petrum prolatis verbis: *Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in cælis.* Hisce namque verbis Christus promiserat Petro potestatem Pontificiam, quam ipsi actualiter contulit, dicendo *Ioannis 21. Pasce oves meas.* Num verò isthæc verba admittere possunt eorundem aliamquam, ne in universas Christiani orbis provincias extendi valeant? Quo sic constituto, ita licebit jam argumentari.

## PROBATIO I.

Ex prædictis Christi Domini *Matthæi 16. & Ioannis 21.* exaratis, ac inter se collatis verbis petita.

26. EA namque Domini nostri verba potestatem ad ligandum conferentia, cum sint omnino indefinita, illam vel maxime potestatem inferunt, quæ est maxime necessaria ad gubernandum & pascendum Oves Christi, seu Ecclesiam, eisque concives fideles: eiusmodi autem vel maxime est potestas legislativa. At eo ipso, quod potestas illa sit ordinaria, non erat annexa personæ, sed officio. Hoc autem officium est *Moraliter* unum in successoribus, & hinc dicitur perpetuum, quod nunquam mori potest. Illis ipsis igitur Christi verbis universalem gubernandi Ecclesiam, atque adeo leges ferendi erga fideles potestatem pastoralis Petri officio annexentibus, fuit in omnes ejus successores eo jam tempore *Virtualiter* translata illa auctoritas; ita ut Pontifex Summus illam pastorem dignitatem, ac Universalissimam erga fideles legislativam potestatem ab ipsomet Christo *immediate* accipiat statim, ac per electionem est legitime designatus Pontifex, ita ut hæc electio nihil Jurisdictionis conferat, sed personam duntaxat Petro succedentem

designet, Christo ex vi illorum verborum transferente in ipsum illam officio Papali esse perpetuam annexam jurisdictionem.

## PROBATIO II.

Desumpta ab exemplis, quæ apud Petrum Sirmondum, & alios Auctores Gallos habentur apud præcitatum Auctorem tract: de libert. Eccles. Gallic. 2. cap. 11. à n. 10.

Inter hæc continetur exemplum libelli Symmacho Papæ à Cæsario Episcopo Arclatensi oblato, qui sic orditur: *Sicut à persona B. Petri Apostoli Episcopatus summi initium; ita necesse est, ut disciplinis competentibus Sanctitas vestra singulis Ecclesijs, quid observare debeant, evidenter ostendat.* Idem Symmachus Epistolam ea sic inchoat. *Dilectissimis fratribus universis Episcopis per Gallias consistentibus, Symmachus: Sedis Apostolicæ instituta prædicanda sollicitant, ut de concordia universalis Ecclesiæ, qua toto orbe diffusa est, pervigili curâ tractemus. Que tuæ precipue efficacius adolescit, si ea, quæ à Patribus statuta sunt, atas subsequens reverenter observet.*

Vigilius epistola ad Episcopos Galliarum anno 545. *Quantum nos, inquit, Divina potentia Apostolorum primi Sedem non pro nostris meritis, sed pro ineffabili suæ misericordiæ pietate habere constituit, tantum nos de universonum Ecclesiarum dispositione, & pace, & statu curam habere continet.*

Cælestinus Papa Episcopis Provinciæ Viennensis, & Narbonensis jurisdictionem suam in universas Ecclesias his verbis exprimit; *Nec filere possumus, cum ad hoc, ut ab istis invocemus aliquos, officij nostri provocemur inhibitu: in speculis à Deo constituti, ut vigilantia nostra diligentiam comprobantes, & quæ coherenda sunt, reseremus, & quæ observanda sunt, servemus. Circa quamvis longinqua Spiritualis cura non deficit; sed se per omnia, quæ nomen Disputatur, extendit.*

Denique anno 860. quo tempore Antistes Gallicani pro suis juribus cum Summis Pontificibus frequenter altercabantur, sic tamen alloquebantur Nicolaum primum, *Apostolicis documentis, & Pontificalibus Decretis multipliciter informamur, ut vestri sanctissimi Apostolatus officem, Principis Apostolorum fide, & nomine consecratum, quoties S. Ecclesia aliqua novitate pallatur, humiliter adeamus, ibique veri consilij saluberrima instituta sinceriter hauriamus, ubi mitis Magister Christus, & Summum Caput nostrum fundamentum Ecclesiæ posuit.* Apud Sirmond. tom. 3. pag. 158.

## §. III.

Quanam promulgatio legis Ecclesiasticæ sit necessaria ad ejus obligationem, in Regno præsertim Gallicano inducendam.

Libertati ad elidendas novas leges Pontificias inservire potest illa quoque nonnullorum.

lorum Canonistarum sententia, quæ eandem in legibus *Canonis*, ac *Civilibus* promulgandis requirit solemnitatem, ita ut, dum Pontifex saltem aliud expressè non declarat, non obligent, nisi post duorum mensum à die publicationis terminum, debeatque promulgatio fieri in singulis provincijs. In ordine ad huiusmodi proinde promulgationem vacat tempus sufficiens ad legem examinandam; *An scilicet digna sit, quæ acceptetur?* De cuiusmodi proinde examine, in quantum sit licitum, duo hic proferemus argumenta. non ex proprio, sed alieno potius iudicio statuenda.

ARGUMENTUM I.

Virum novæ leges Ecclesiæ, priusquam acceptentur, licitè examinari possint?

32. **A**uthor tract. de libert. Ecclesiæ Gallicanæ lib. 2. cap. 3. hoc quæsitum ita decidit. Quod sanctissimus Pontifex Leo I. in epist. ad Rusticum docet, quædam, quæ nullâ ratione possint convelli, ad fidem, & mores pertinere, ut scilicet quæ à superna veritate, & omnis veritatis fonte Deo Ecclesiæ revelata sunt circa Christianæ Religionis mysteria, vel mores secundum Divinam legem, & rectam rationem instituendos, sicut semper immota, nulliq; mutationi obnoxia. Quod autem subjicit: *Multa esse, quæ aut pro consideratione atatum, aut pro necessitate rerum oporteat temperari, de disciplina est accipiendum.* Cum enim disciplina legibus is propositus sit scopus, ut fideles faciliùs & efficacius in fide Orthodoxa, & in probis moribus permanent, & semper charitativa meliora æmulentur, nec eadem ratione debeant, aut possint omnes omni tempore, aut in omni loco in illis officijs contineri; necesse est, ut Ecclesia, quemadmodum alibi diximus, suas leges interdum mutet, mutatis personarum & negotiorum circumstantijs, maximeque semper attendat, quid, quo tempore, quibusque personis utilius futurum sit.

33. Itaque cum cuipiam Regno, aut Provinciæ proponitur lex, superioris est, & circumspicere diligenter condiciones omnes, à quibus pendet ejus utilitas; nec agrè ferre, si subditi propter aliqua incognita Legislatori, cujus notitia non potest ad singula quæque pertingere, damni plus allaturam legem, quam utilitatis viderint, reverenter significent, ac remedium petant.

34. Canones Ecclesiæ, qui ad fidem, & mores spectant, infallibili Dei revelantis auctoritate nituntur, ideoque obedientia eis quasi cæca debetur, quanquam nemo clariùs videt, quam qui Deo assentiendum iudicat, et rerum causas, rationesque minimè penetret: leges autem, quæ in disciplina versantur; hominum, quod supra diximus, conditionibus, ut fructum optatum referant, aptandæ sunt, nec nisi rationabile obsequium desiderant.

35. Solemne est Ecclesiæ, ut in gubernan-

dis fidelibus, Divinum regimen imitetur, nec solùm attingat à fine usque ad finem fortiter, sed etiam disponat omnia suaviter. Itaque honoris Principibus debiti meminit, illorum jura servat illaesa, ordinem, & dignitatem Episcoporum veneratur, populorum studia, & usus attendit, omniaque ita ponderat, ut consensum, & obedientiam potius obtineat, quam extorqueat; suadeat, quam præcipiat; amore alliciat, quam timore impellat: nec infirmitati solùm parcat, sed interdum etiam malitiæ cedit in ijs, quæ cum Religionis periculo non sunt conjuncta.

36. Verùm lumen illud sancti Spiritûs, quod Summo Pontifici adest, cum explicandæ sunt fidei mysteria, & tradenda morum præcepta, non perpetuò illi hypocritarum fraudes, aulicorum adulationes; improborum mendacia detegit, non adversus ambitiosorum importunitatem, Magnatum preces, suspecta Officialium consilia, immotos servat. Quid si, quod tamen sine gravi fundamento suspicari nefas est, Summus Pontifex aliquo ulciscendæ injuriæ, congregandarum divitiarum, augendæ familiæ, aliòve pravo affectu impelleretur ad præcipiendum aliquid suæ potestatis limites transcendens, aut justitiæ repugnans? Nec enim altitudo, & sanctitas solij sanctum facit, & à peccato securum. Num, si quid huiusmodi contingeret, ab exequendo mandato non liceret abstinere? Quod autem in mandatis singularibus, etiam in communibus legibus liceret, quam vis longè difficiliùs legibus desit justitia, quam præceptis particularibus.

37. Possunt igitur, dissimulantibus Summis Pontificibus, expendi novæ leges, antequam recipiantur, ut, si quæ prodierint, quibus non sit necesse, vel etiam expediens parère, suspendatur executio, ac suspensionis causæ significantur, dummodò id cum bona fide, reverentia debita, & intentione sincera fiat.

38. Etenim generatim, ut lex aliqua ad sui observantiam adstringat, duo requiruntur ex parte legislatoris, scilicet intentio, & auctoritas. Duo etiam ex parte subditorum, notitia, & facultas. Itaque si legis Conditor, aut omni careat auctoritate, aut ejus potestas ad materiam legis non se extendat, vel ejus intentio certum tempus, certas personas, loca, vel negotia eximata ab onere; si subditi legem rescire, aut illam exequi non possint, parendi necessitate non tenebuntur. Quocirca examen aliquod requiritur.

39. Primò igitur videndum est, an à legitimo superiore orta sit lex, nec venerando, quod interdum præfert, nomini statim est concedendum. Quot enim in Gratiani Decreto v. g. deprehensi sunt Canones Concilij, Summis Pontificibus, aut alijs auctoribus adscripti, à quibus, constat, non fuisse conditos? Sunt etiam nonnulli, qui ab eorum mente, quorum nominibus insigniuntur, longè ab sunt, ut videre est in libris ad ejus emendationem scriptis. Canones Augusto Apostolorum nomine celebres, non solùm sanctissimorum illorum Ecclesiæ parentum factos non sunt,

sunt, sed etiam nonnulla tradunt Ecclesie doctrinae, ac usui adversa. Nunquid ergo sine ulla discussione fuerant excipiendi, aut agnitae suppositione, sine discrimine in usum inducendi?

40. *Secundo* dum legis Author certus est, & constans legislatoris autoritas, potest ejus dubia esse intentio, vel etiam liquere, quod lex omnia loca, omnes personas, omnia tempora non comprehendat: sic v. g. praeceptum de consecrando pane Azymo ad solam Ecclesiam Latinam, non autem ad Graecam pertinet. Sic praeceptum Apostolicum de abstinentia a suffocato, & sanguine, ad tempus duntaxat erat positum, &, ut censet Baronius, pro quorundam tantum locorum Christianis, ad quos epistolam direxerat Apostoli.

41. *Tertio* in Ecclesiastica Hierarchia, sicut & in Caelesti illuminantur & perficiuntur a superioribus medijs, & a medijs infimi. Quamobrem Decreta Ecclesiastica primum quidem Episcopis, ab illis deinde inferioribus Sacerdotibus, & a Sacerdotibus plebi sunt intimanda; adeo ut si alia via perferantur, in suspicionem merito veniant, ne satis sit, ut fidelibus quoquo modo innotescant, nisi consueto more promulgentur, si nempe potuerit solitus ordo commodè servari.

42. *Quarto* cum Ecclesiae, sicut & Christi ejus sponsi jugum suave sit, & onus leve, Christusque ipse illos reprehenderit, qui hominum humeris onera importabilia imponunt, quando lex impossibilis est, aut incommodum aliquod maximum secum trahit, praesertim a superiori ignoratum, non videtur fieri ei injuria, si non statim caput jugo supponatur. Usus antiquis moribus, praesertim non perverfis, contrarij vix inducuntur sine scandalo, cujus causam vitandi Summi Pontifices praecepta sua, aliunde iusta, suspendi velle censentur. *Consultius duximus*, inquit Caelestinus III. cap. *Quod dilectio*. de consanguinit. & affinit. *observatae consuetudini deferre, quam aliud in dissensionem, & scandalum populi statuere, adhibita quadam novitate.*

43. Eandem Summis Pontificibus mentem tribuere convenit, quotiescunque injustum aliquid in lege, aut praecepto continetur. Alexander III. cap. *Si quando de Rescript.* eam his verbis prodit; *Patienter sustinebimus, si non feceris, quod nobis fuerit prava insinuatione suggestum.* Eam etiam indicat cap. *Cum teneamus. de praebend.*

#### ARGUMENTUM II.

An leges iustae, etiamsi non fuerint acceptatae, inducant obligationem?

44. *Præcitat* Author *seq. cap. 4.* praesupponens hanc difficultatem non tam juris esse, quam *Facti*. disserit in hoc modum. Qui leges, inquam, ante acceptationem vim non habere, contendunt, illis praecipue ad id credendum rationibus inducuntur. *Primo*, quod leges cum ea intentione dantur a Principe,

ut eas velit non obligare, nisi accedente subditorum consensu; quod si de facto verum sit, id est, si superior consensum subditorum tanquam conditionem requirat, sine qua legem robore careret velit, nemini dubium est, quin isti liberi sint ab ejus observatione debito. Utrum autem ea sit superioris intentio, nec ne, prudentis est determinare, aut potius superioris ipsius expressius significare, ne infirmis laqueus praetendatur.

*Secundo*, cum superiores a populi consensu, & voluntate suam obtinuerunt auctoritatem, non censetur populus eam potestatem in superiores contulisse, ut inconsulto sibi possent leges praefigere, & se invitum ad earum executionem adstringere. Quae ratio in Praelatis Ecclesiasticis a Domino nostro Jesu Christo institutus locum habere nequit, sed neque etiam fortassis in Principibus saecularibus, qui licet ab hominibus primum electi fuissent, a Deo tamen acceperunt facultatem ea praecipienda, quae ad bonum publicum essent necessaria, & reservata praestandi a populo consentiens necessitas, non de injusta voluntate illius, sed de iusta causa, & recta ratione esset interpretanda.

*Tertiam* alij rationem afferunt, nempe legem eam praesumendam fore inutilem, aut perniciosam, quae a tota Republica refutaretur, sed in eo casu non tam acceptationis, quam justitiae, aut intentionis Legislatoris defectu legis obligatio cessaret.

Ergo injustae leges non obligant, quod quid intendat illarum Conditor; nec iustae, si aut tacite, aut expresse annuat, ut non prius subditos ligent, quam fuerint ab eis receptae. Posset autem facilius praesumi consentientibus tacitus superiorum a subditis scientibus, non esse ab illis admissas, ad quorum curam, & officium pertinet illarum promulgatio, nam difficile foret, ut infimi contra mediocrem sententiam, & voluntatem, superiorum obsequerentur mandatis, quorum aliunde justitiam non ita perspectam haberent.

Nec semper argumentum omnino certum est contrariae superiorum voluntatis, si legem recipiendam, & exequendam urgeant; haec enim instantia desiderium potius superioris arguit, quam praeceptum continet. Quis enim aestimet de supremo Ecclesiae Pastore, velle illum genus quoddam schismatis inter inferiores Pastores, & animas illis specialiter commissas inducere? Peccant, qui sine causa legem rejiciunt; sed qui rejectionem non observant, eò quod sine gravi dissensione, aut alio incommodo non possint, immunes videntur a culpa, quando superior silentio tuo testatur, se optare quidem, ut mandatis suis obtemperetur; nolle tamen infirmorum aut illaqueare conscientias, aut pacem & quietem, fortunas, vel alia bona, sine majoris boni spe, in discrimen adducere. Tutius tamen semper est, superioris intentionem diligentius sciscitari.

Quod autem, si & lex iusta sit, & superior eam quamvis non receptam, vim habere intendat, subditi ad eam acceptandam teneantur,



antur, & si violent non acceptatam, peccati rei sunt, plures ad eod certum habent, ut de fide esse, affirmant.

50. Præstat sapientissimè, in similibus casibus prudentiæ regulas consulere, quàm propriæ potestatis gradus metiri; nec solum videre, quid quis possit, sed etiam, quid liceat, quid debeat, quid expediat, atque ita se unumquemque habere, ac si omnino id non posset, quod sibi non liceat, Divinumque honorem, bonum publicum, animarumque salutem legem supremam existimare, quod est optimû S. Bernardi ad Eugenium III. monitum de Consider. lib. 3. c. 4. Puta, tibi non licere (etsi aliis fortasse liceat) quidquid malè fuerit coloratû, spiritualis homo ille, qui omnia adjudicat, ut ipse à nemine judicetur, omne opus suum trin à quâdam consideratione præveniet: primum quidem, an liceat, deinde an deceat, postremò, an expediat. Nam etsi confitet, in Christiana utique philosophia non decere, nisi quod licet, non expedire nisi quod decet, & licet: non continuò tamen omne, quod licet, decere, aut expedire, consequens erit. Non est tamen inutile, aniuicuiusque potestatis limites nòisse, ut eas, & superiores non excedant, & subditi venerentur, & hoc pacto in pacem omnes faciliùs consentiant, & concordent.

51. Suarez non solum ejus est sententiæ, ut credat, legem Ecclesiasticarum vim ab acceptatione non pendere, verum id etiam secundum fidem negari non posse, affirmat lib. 4. de legibus cap. 10. Sed, ne ad Doctorum extra Galliam, opinionem Gallos vocemus, Michaël Mauclerus Doctor Parisiensis eandem amplectitur sententiam, & similibus verbis exponit de Ecclesiastica Monarchia par. 2. lib. 4. cap. 3. obligationem inferre potest in conscientia, inquit Doctor ille loquens de Summo Pontifice, observandi leges Canonicas à se conditas, & sufficienti promulgatione orbi Christiano communicatas, ut Alphonsus à Castro, Turcremata, aliique de meliori nota Doctorum crediderunt: Quod ad eod verum esse credo, ut secundam fidem negari non posse, putem. Et ne quis putaret verba illa, sufficienti promulgatione, acceptationem supponere, subjungit; Neque propterea lex minus legis nomine, & honore dignabitur, si justa, & sufficienter promulgata non recipiatur à populo, nec minus peccabit contra Dei jus, si illam sine causa repudiet.

52. Sed quid opus est singularium Doctorum mentem referre. Tota Schola Theologiæ Parisiensis in Decreto diutissimè ponderato super doctrinâ Lutherianâ sic censuit an. 1521. de constitutionibus Ecclesiæ. Propositio. Neque Papa, neque Episcopus, neque ullus hominum habet jus ullius syllabe super Christianum hominem, nisi id fiat ejusdem consensu, & quidquid aliter fit, tyrannico spiritu fit. Censura. Hæc propositio est à debita subditorum erga Prælatos, & Superiores subjectione, & obedientiâ retractiva, legum positivarum seditiosè destructiva, ac in fide, & moribus erronea, & est error damnatus VValdensium, cum errore Arianorum conveniens. In hist. Univers. Paris. tom. ult. ad illum annum.

53. Id ipsum senserant Antiquiores; Hujus, inquit Ivo Carnotensis episc. 2. de Sede Aposto-

lica verba faciens, judicij, & constitutionibus obviare, planè est hæreticæ pravitatis notam incur- rere. Thomas Archiepiscopus Cantuariensis pro Ecclesiæ libertatibus Martyr episc. 122. edit. Patris Lupi ad Gilbertum Londoniensem Episcopum scribit: Solus infidelis, aut schismaticus Apostolicis obtrechât obedire mandatis.

CONCLUSIO.

54. PRorsus asserendum est, constitutiones Pontificias Romæ promulgatas, statim habere vim obligandi in tota Ecclesia absque ulteriori publicatione, nisi aliud caveatur.

55. Explicatur. Cùm sacri Canones pro legibus Ecclesiasticis non determinent tempus obligationis, modumque promulgationis, ideo arbitrantur nonnulli Canonistæ, standum in hoc esse determinationi Juris Civili: sicut enim leges non dedignantur sacros Canones imitari, ita sacrorum Canonum statuta jvantur Principum constitutionibus. Can. 1. De novi operis nuntiat. Adversus quam opinionem sequentia proferemus argumenta.

PROBATIO I.

Quâ ostenditur, circa constitutiones Pontificias promulgandas, earumque obligationem actualiter inducendam, non habere locum solennitates, à Jure Civili præscriptas.

55. ET enim leges Civiles sunt quidem à sacris Canonibus receptæ ad causarum, quæ nullo sacro Canone sunt definitæ, decisiones judicialiter faciendas: attamen quoad leges terendas, nullo sacro Canone cautum est, ut servari debeat modus in Jure Imperatorio præscriptus, quin potius praxis stet in contrarium. Tum quia Pontifex in Canone 1. post init. de Concessione Præbendarum. extra calum Privilegij, Indulgentiarum, seu concessionum specialium, videtur approbare, quod lex, seu constitutio, & mandatum nullos adstringunt, nisi postquam ad notitiam pervenerint eorundem, aut nisi post tempus, intra quod ignorari minimè debuissent. Ex quo patet, duos esse terminos obligationis actualiter constringentis, à Pontifice positos; alterum scilicet habitæ notitiæ, alterum verò temporis, infra quod lex ignorari non debuisset. At verò iste posterior terminus est secundum præsumptionem Juris, utpote legis ignorantiam non præsumentis, prior verò est secundum ipsam rei naturam, non quidem respectu obligationis in actu primo, sed in actu secundo inducendæ. Videtur proinde, constitutiones Pontificias, nisi aliud in ijs exprimatur, non exigere promulgationem, nisi quæ de Jure naturali necessaria sit, cujusmodi est sufficiens, si fiat in Curia Romanâ.

## PROBATIO II.

Quâ ostenditur, Summo Pontifici arbitrarium esse, ut pro legis obligatione inducendâ vel statuatur ulteriorem terminum, vel promulgationem extra Curiam Romanam quoque faciendam decernat.

56. **E**T enim Pius IV. in Bullâ Concilij Tridentini promulgatoriâ trium mensium spatium assignavit. Et Decretum Matrimonia absque præsentia Parochi ac Testium contracta irritans, ex constitutione Concilij Tridentini *Sess. 24. de Reform. cap. 1.* non nisi post promulgationem in singulis Parochijs fortiter effectum.
57. Extra ejusmodi proinde specialis provisionem, prorsus dicendum est, quod Leges Pontificæ intra Urbem promulgatæ statim obligare incipiant, suam tamen *actuale* obligationem distendant *successivè*, ita ut, cum legis in Romanâ Curia promulgatæ notitia in uno Episcopatu intra mensem, in alio autem non nisi post tres menses *moraliter* haberi possit, obligatio ejusmodi Romæ à primo statim publicationis die, alibi autem pro distantia locorum seriùs, aut citiùs constringat in actu *secundo*, vi tamen obligandi in actu quasi *primo* spectatâ, legis essentiali, mox à primo promulgationis instanti universam Ecclesiam afficiente, nisi aliud caveatur ex speciali voluntate seu benignitate Pontificis.

## PROBATIO III.

In qua fit retorsio autoritatum, quas Petrus de Marca allegat, ad probandum, vim legis pendere à promulgatione, unâ & acceptatione in singulis provincijs.

58. **I**Lle equidem Author *lib. 2. sue concord. cap. 16. n. 5.* ait, *leges Ecclesiasticas eadem tertiâ conditione, quâ civiles adstringi, scilicet, ut parentis necessitate Christianos non teneant, donec ita sint receptæ; dicit quæ, hanc non solum Gallorum omnium, sed etiam celeberrimorum quorumcumque Doctorum esse sententiam.*
59. Cujus asserti oppositum demonstrat Author sæpe dicti *tract. de libert. Eccles. Gallic. lib. 2. cap. 7. à n. 2.* hunc in modum disserens. Vera sunt hæc de utrisque legibus, si vel *tacitus* superioris consensus adsit, vel à lege absit justitia. Sed si subintelligantur duæ conditiones à nobis *suprà* expositæ, ut scilicet & lex justa sit, & superior omnino, & non obstante consensûs defectu, eam obligare intendat, & pauci Galli, & paucissimi celeberrimi Authores necessariam omnino promulgationem affirmabant.
60. Huic sententiæ non favebit Gratianus, qui *primo loco* citatur; nec enim *tacitum* illum superiorum consensum excludit, licet illum non exprimat, dum ait, *leges institui, cum promulgantur: firmari, cum moribus utentium approbantur.* Invisus ferè Gallis est Gratianus, quod plurima collegerit, quæ illis videntur

Summorum Pontificum auctoritatem nimis extollere, nec illum controversiarum de libertatibus Ecclesiasticis Iudicem recipere lubentes. Itaque non est in explicanda illius mente amplius immorandum; quamquam sic illum auctorem interpretantur communiter Iuris Doctores, ut *tacitum* Principis consensum ad non exequendam, vel ad abolendam legem requirant, quod in ipsis anigad. vertere licet, quos deinde citabimus ex prædicto Marca. Imò seipse videtur corrigere *S. ult. ejusdem distinctionis 4.* dum addit; *Nisi fortè quis dicat, hæc non decernendo esse statuta, sed exhortando conscripta. Decretum verò necessitatem facit: exhortatio autem liberam voluntatem excitat.*

*Secundò* sanctus Augustinus, quem potest Marca inclinare in contrariam sententiam, *lib. de vera Religione cap. 31.* non inferiorum, sed superiorum judicio permittit leges, cum fiant. Hæc sunt illius verba; *In istis temporalibus legibus, quamquam de his homines judicant, cum eas instituant (certè non subditi, sed superiores) leges instituant, imò nec adstant quidem inferiores, nisi fortè paucissimi, dum leges conduntur) tamen cum fuerint instituta, atque firmata, non licebit iudici de ipsis prædicare, sed secundum ipsas.* Si iudici, qui Principis vice fungitur, non licet de legibus, sed secundum leges judicare, quomodo id permittetur inferioribus? Non enim dicit S. Augustinus, cum receptæ, sed cum instituta, atque firmata fuerint, quod totum ad Principis auctoritatem pertinet. Sed quod S. ille Doctor de Legislatoribus, non de inferioribus docet, posse de legibus judicare, cum instituantur, declarat ipse manifestissimè verbis, quæ post jam relata immediatè sequuntur; *Conditer tamen legum temporalium, si vir bonus est, & sapiens, illam ipsam consultat æternam, de qua nulli animæ judicare datum est, ut secundum quæ immutabiles regulas, quid sit pro tempore judicandum, vetandumque discernat.*

Covarruvias, quem dicitur Marca celeberrimum Authorem vocat, utriusque conditionis supradictæ mentionem expressam facit in illis ipsis verbis, quæ sunt ab illo excerpta à libro 2. *variar. resol. cap. 15. num. 6.* scilicet; *Leges à Principe dari eâ conditione, ut non aliter obligent, quam si fuerint à Republica receptæ. . . . & maxime præsumendam esse eam legem, quæ à Republica non recipitur, minime ei convenire.* Ergo econtra si Princeps intendat, ut leges etiam non receptæ obligent, & illæ aliunde Republicæ convenient, ad illarum observationem subditi tenebuntur.

Navarrus, qui est alius author à præfato Marca citatus tanquam celeberrimus, necessitatem *taciti* consensûs Principis expressè emittit. Dixi, inquit, *receptam: quia antequam recipiatur saltem per majorem partem Universitatis, cujus pars est transgressor, non ligat. Quoniam promulgari videtur cum conditione, si recipiatur saltem per majorem partem, ut singulariter dixit Domin. in S. Leges per Recentiores lib. & in cap. 2. de constit. & profundius Felix in cap. 1. de treuga, & pace. num. 12.*

Citan.

64. Citantur ad marginem alij Authores, qui duas possunt in classes dividi. Prima est eorum, quos vulgò Summistas, aut Casuistas appellant, secunda aliorum Theologorum. In prima classe reponendi sunt Bartholomæus Fumus Ordinis Prædicatorum, cujus liber inscribitur: Summa Aurea Armilla nuncupata. Angelus de Clavasio Ordinis Minorum, cujus liber Summa Angelica dicitur; & Sylvester. Horum trium nullus non supposuit consensum Principis, ad detrahendam legi vim, esse necessarium: sive quia tum debet adesse, cum lex publicatur, aut in desuetudinem abit, sive quia generaliter constitutum est, ut post certum tempus, ac cum certis conditionibus leges inobservatæ robore careant.

65. Ecce verba Summæ Aureæ Armilla nuncupatæ verbo Lex. num. 11. Et dicit Gloss. in cap. Quocirca. de consang. & affin. quod tolerantia, & dissimulatio Principis in actu de jure prohibito, inducit dispensationem: quod Dominus Antoninus intelligit, quando constitutio Papæ à principio non recipitur, Papâ sciente, & tolerante, quo casu tolerantia excusat à peccato: non autem, si à principio recepta fuit à majori parte, secundum quod limitat Panormitanus. Nota hæc verba, Papâ sciente, & tolerante.

66. Angelus autem de Clavasio verbo Constitutio. §. 1. sic quæstionem proponit: Virum constitutio Papæ, que à principio communiter non recipitur, ipso sciente, & tolerante, obliget ad peccatum? Item verb. Consuetudo. §. 10. Ex quo, inquit, per binum actum factum est contra Legislatorem scientem, & valentem contradicere, & non contradicentem. Non disputat igitur Angelus, utrum lex non accepta subditos arctet, urgente, ac præcipiente superiore, ut acceptetur, sed supponit, ipsum scire, & tolerare non receptionem.

67. Sylvester verb. Lex. num. 6. adhuc clarius illum consensum docet esse necessarium, imò majorem in hoc auctoritatem vindicat Summo Pontifici, quàm Imperatori, ut mirum sit, in patrociniū advocatum fuisse sententiæ Petri de Marca. Audi ergo Sylvestrum verb. Lex. num. 6. Quæritur, que, & quot requirantur ad hoc, quod lex habeat vim obligativam in se, sive in communi, & dico, quod multa. . . . 4. quod per inferiores sit suscepta, & approbata dist. 4. In istis. §. Leges. . . . Etsi opponatur, quod hoc sit absurdum, quia potestas condentis legem penderet à subditorum arbitrio. Dico primò, hoc non esse inconveniens in Principe seculari, id est, Imperatore; quia, ut recitat, & sequi videtur Archidias. dist. 3. Lex. Quidam, ut Landul. dicunt, populum posse auferre Imperatori auctoritatem, quam in eum transferunt, juxta §. Sed quod Principi. Inlit. de iur. natur. sicut iudex, qui delegavit. (Ecce quomodò Sylvester suffragatur opinioni Marcæ, in eo, quod lib. 2. cap. 2. docet, non solum auctoritatem Regiam manare à Deo, sed etiam specialiter singulis Regibus à Deo immediatè conferri) sed omnes Ecclesiæ non possunt auferre auctoritatem à Papa, qui eam habet à Domino. Vide si vis Archiepiscopum 3. par. tit. 18. cap. unic. col. 3. (S. Antoninum Archiepiscopum Floren-

tinum intelligit, à cujus auctoritate possemus novum accerere argumentum) Esto tamen, quod illud sit inconveniens in Imperatore, sicut in Papa: Dico, quod hoc non sequitur, quia potest Princeps deputare executorem compellentem ad observantiam legis: quo casu necessaria erit susceptio legis subditis compulsis. (Vide, an Sylvester cum Marca doceat, nihil obtrudendum esse fidelibus, quod eos offendere aliquo pacto possit) & dato, quod compelli non possint; adhuc non sequitur illud inconveniens: quia eo casu, quo Princeps vult compellere, sed nequit, non receptio non impedit vim legis, cum eo modo eam impedit, quo consuetudo tollit, scilicet quia Princeps sit, & tolerat. Non ergo defectus acceptionis, sed Principis consensus robur justæ legis suspendit.

§. IV.

An legum Ecclesiasticarum obligatio pendeat ab acceptione Regnum seu Provinciarum?

68. Videtur ad excutiendam legis novæ obligationem, plurimum conducere posse illa seu Theologorum, seu Canonistarum opinio, quæ dicit, de benignitate saltem Pontificis præsumi posse, quod populi consensus, & acceptatio expectetur, priusquam lex vim & acceptionem fortiat. Hanc sententiam multis argumentis firmare nititur Petrus de Marca lib. 2. de Concord. sacerdot & Imper. cap. 16. docens, in universon leges omnes tam Politicas, quàm Ecclesiasticas, donec acceptatæ fuerint, vim non habere, imò eam acceptionem Ecclesiasticis legibus magis esse necessariam.

ARGUMENTUM I.

Petri de Marca circa leges in universon spectatas.

69. Tenim de necessitate legis est, quod debeat esse Republicæ utilis. Ac ejusmodi utilitas est dignoscenda ex populi acceptione. Et ideo nolunt Principes, ut suæ leges robur accipiant, donec à populo fuerint receptæ.

Responsio.

70. Author cit. tract. de Eccles. Gallie. libert. lib. 2. cap. 6. n. 1. in hæc respondet verba. Solis equidem legibus utilibus ad Bonum publicum, non autem otiosis, aut perniciosis vim obligandi concedimus, tacitumque Principis consensum sufficere fatemur, ut illarum obligatio suspendatur. Cæterum Principem justas leges in subditorum optione relinquere, nisi ex certis indicijs colligatur, haud facile credimus, nec ipse Dominus de Marca credidisse, postmodum testatus est his secundæ præfationis verbis: Ad eum verò consensum adhibendum subditos ex officio teneri juxta præscriptum Iuris Divini, nisi leges eorum commodis aperte officiant. Ab hac regula nunquam discedo, quando

de legibus Ecclesiasticis agitur. Optandum esset, ut declarasset luculentius, quid sub illis vocibus eorum commodis intelligeret, ut, qui libertates Gallicanas averfarentur, ab ea opinione dimoverentur, Gallos ex temporalibus tantum rationibus, non autem ex bono spirituali, aut Ecclesiasticâ disciplinâ de legibus Ecclesiæ admittendis, vel rejiciendis decernere.

ARGUMENTUM II.

Petri de Marca concernens indifferenter leges tam Civiles, quam Ecclesiasticas.

71. Sane contrario usu, & tacito consensu omnium, leges per desuetudinem abrogantur, & non solum suffragio Legislatoris, ut dicebat Julianus; ita etiam eisi non suffragium, consensus saltem tacitus populi, quirebus ipsi, & factis constat, necessarius erit, ut leges receptæ dici possint.

Responsio.

72. Præcitatus Author n. 2. respondet in hunc modum. Probat quidem hoc argumentum, consensum populi necessarium esse, ut lex recepta dicatur; nihil enim aliud est receptio, quam consensus populi, sed supponit, illam receptionem requiri, ut lex adstringat, quod esset demonstrandum. Præterea inobservantiâ, vel desuetudine legi vigor non adimitur sine Principis consensu, qui licet non semper necessario exprimendus sit, ut censeatur abolita quælibet lex, dandus tamen fuit saltem semel pro semper; cum scilicet legibus statutum est, aut requiri acceptationem, ut inciperent valere leges, aut sufficere desuetudinem per tempus à Jure determinatum, ut vigere desinerent.

73. Quocirca plerique Authores discernunt inter leges Ecclesiasticas, & civiles reponunt, opinioni Domini de Marca è regione oppositum. Volunt enim, leges civiles ijs, quos diximus, modis à populi voluntate pendere, non autem Ecclesiasticas, eò quod Principes à populo, Ecclesiæ Pastores à Christo potestatem acceperint. Duplicem adduxit Illustrissimus ille Præsul suæ opinionis rationem.

ARGUMENTUM III.

Petri de Marca procedens specificè de legibus Ecclesiasticis.

74. Hic igitur Author cit. cap. 16. n. 6. ita argumentatur. Quia potestas Ecclesiastica conceptis verbis data est in adificationem, non autem in destructionem, ut testatur Apostolus. Unde sequitur, nihil obrudendum esse fidelibus, quod eos offendere aliquo modo possit; atque aded Legem Ecclesiasticam minus commodam pro non scripta esse habendam, quia, ut inquit Chrysostomus, hæc est Christianismi regula, & illius exacta definitio, hic est vertex supra omnia eminent, publicæ utilitati consulere.

Responsio.

Author præcitatus tract. de libert. Eccles. Gallic. cit. cap. 6. n. 4. ita respondet. Mirum certè; quod tantum hominem talis argumenti non puduerit; Potestas, inquit, Ecclesiastica data est in adificationem, non autem in destructionem. Ergone potestas laica data est in destructionem, non autem adificationem? Nihil obrudendum est, inquit, fidelibus, quod eos offendere aliquo pacto possit. Ergone à faciendis legibus erit abstinendum? Lex iusto non est posita, sed injustis, quorum semper major exitit numerus. Leges remedia sunt, quæ tum curandis morbis, tum præcavendis adhibentur. Unde si expectandus sit hominum, ab adolescentia ad malum pronorum accessus, ut veritis, in qua nituntur, legum timore coercantur, nulla erit pietas, nulla religio. Quotus enim quisque est, qui sponte suâ, vel etiam Spiritûs sancti gratiâ ita tendat ad bonum, ut à corruptæ naturæ pondere non trahatur etiam ad malum, & in lubrico politus, non egeat interdum legum autoritate retineri? Quæ lex sancta, & iusta non offendit aliquo pacto vitijs jam deditis, aut ad illa propentos? Quæ lex non videbitur minus commoda? An regulæ, quæ publicæ utilitati consulant, maximam hominum partem non offendunt? An non illæ ipsæ sunt, quæ minus commodæ videntur? Porro si officio illa, vel commoditas, bonorum judicio metienda est, non offenduntur illi legibus iustis, nec eas minus commodas existimabunt; iustas autem duntaxat valere diximus, etiam receptæ non fuerint.

ARGUMENTUM IV.

Petri de Marca specificè concernens leges Ecclesiasticas.

Hujus argumenti ratio exprimitur illis verbis. Quia nempe Christus ipse discrimen politicæ ac Ecclesiasticæ potestatis in præceptis dandis auctoritate suâ constituit: Reges gentium (apud Matthæum & Lucam dicens) dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos, Benefici vocantur, vos autem non sic.

Responsio.

Author præcitatus tract. à n. 5. sic respondet. Verba illa non vim ipsam legum, sed procurandæ executionis rationem continent. Nec enim Deus fidelium mentes arctius adstringit ad obsequendum legibus Principum sæcularium, quam Ecclesiæ; in eoque solo posita est differentia, ut ex communi sanctorum Patrum, & celebriorum Interpretum explicatione probatur, quod superiores Ecclesiasticos, oporteat præcipere, & obedientiam obtinere suavitate potius, & charitate, quam severitate, & timore. Id luculenter docent verba ipsa Origenes à Domino è Marca relata, in quibus non potestas superiorum Ecclesiasticorum cum potestate Principum

pum secularium, sed unius usus cum alterius exercitio comparatur. Principes Gentium non contenti tantum regere subiectos suos, violenter eis dominari nituntur; inter vos autem, qui estis mei, non erunt haec. Mox de Praelatis spiritualibus subiungit. Principatus eorum in dilectione debet esse potius, non in timore carnali; Quae duo ultima verba notanda sunt, ne quis putet, Ecclesiam nullo posse poenarum timore malos cohibere; Quid vultis, inquiebat S. Paulus, in virga veniam ad vos, an in charitate, & spiritu mansuetudinis? 1. Corinth. 4. vers. 21.

78. Multa extant in sacris Scripturis, etiam Novi Testamenti testimonia: quae Ecclesiae facultatem illam fontes pleetendi asserunt. Satis est, ut meminerimus, Christum, ut diximus, Apostolos suos, eorumque successores, excommunicationis, caeterarumque censurarum gladio armasse, quo contumaces a malo deterrerent. Quamobrem Origenes non timorem omnem ab Ecclesiastico regimine remouet, sed timorem carnalem.

79. Sanctus Thomas, & alij plures Interpretes in eundem sensum verba Christi explicant, ut scilicet non de potestate, sed de potestatis usu, non de iure, sed de facto intelligantur. Principes Gentium dominantur eorum Matth. 20. id est, interpretatur S. Thomas, in seruitutem redigunt subditos: Ezechiel 22. Principes eius in medio illius, quasi lupi rapaces; item aliqui habent eminentiam non in dignitate, sed in potestate, ut aliqui nobiles, & conuenit est, quod qui potestatem habent, non utuntur ad beneficium, sed potestatem exercent in eos, scilicet ad opprimendum, non ad iustitiam; sed Dominus illam consuetudinem non vult in Ecclesia sua seruari.

80. Alij interpretes super haec verba Lucae 22. Reges Gentium dominantur eorum, plurimas congerunt auctoritates, ut probent: Principibus etiam secularibus congruere benignitatem. Olim epithetum Regis erat, bonus. Homerus nihil aliud in Rege desiderabat, nisi ut esset fortis in hostes, & bonus in cives. Imo Praefulum epithetum erat Optimus. Unde Paulus Felicem Praesidem cognominat optimum. Act. 23.

81. Non igitur docet Christus, quales debeant esse, sed quales sint plerique Principes. Caeterum & Ecclesiasticis, & secularibus Praelatis competit, ut subiectos possint legibus obligare, & ad illarum executionem contumaces adigere, illi poenis spiritualibus & Canonicis; isti temporalibus, & corporalibus. Sed pro dolor, carnales homines, quia temporalia bona tantum diligunt, non nisi temporales poenas metuunt, nec spirituales, licet tanto magis metuendas, quanto animus corpori praefiat, formidant. Unde fit, ut Ecclesiae praeccepta parvi pendantur, nisi Magistratus saeculares brachium suum, id est, auxilium, ut debent, illi commodent.

ARGUMENTUM V.

82. Petri de Marca de legibus Ecclesiasticis. Tenim Regum imperium a Sacerdotali in eo maxime distat, quod illi non solum singulorum civium rationes commissae sunt, sed totius Reipublicae salus;

Vnde fit, ut in cives etiam invitos ad fovendum totius Reipublicae corpus jus illi competat, quemadmodum antea dixi, quod aliter se habet in Episcopali Ministerio, cui Ecclesiae sollicitudo ita est commissa, ut singulorum saluti praecipue invigilare debeat, nec curare possit universum corpus aliquorum membrorum pernicie: sed ad exemplum Magistrati nonaginta novem oves deferenda illi sunt, ut centesimam ad caulas reportet.

Responso.

83. A Uthor praesinuati tract. cit. cap. 6. n. 10. respondet in haec verba. Quis rursus humani ingenij non demiretur imbecillitate, cum eruditissimum hominem, tam absurde ratiocinantem, audierit? Quis credat, Ecclesiam universum corpus minus curare debere, quam aliqua membra? Quis credat, nonaginta novem oves illi omnino deferendas, ut unam ad caulas reportet? Consultit Ecclesia bono publico, & quidem magis, quam privato; sed in hoc excellit eius regimen, quod, cum saeculares Magistratus multa dimittant inulta, dum societati civili non officiant, Ecclesia omnibus remedia pro viribus conferat, secreta secretis, publica publicis, nec nonaginta novem iustas perire sinit, ut unum salvet peccatorem: sed aliquamdiu illorum curam non necessariam interimit, aut imminuit, ut istum interim quaerat, & iustorum numero apponens, simul omnium salutem, quantum potest, promoveat. Id autem & bonum publicum exigit, ut scilicet oves in tuto positae aliquantulum deserantur, quod congregandis alijs, & gregi adjungendis, liberius vacetur. Neque enim si nonaginta novem pariter periclitarentur, postponeretur illarum salus unius recuperationi.

84. Monet Ecclesia privatim peccatores occultos, sed publice peccantes, ac scandalosos publice arguit, & dum est inutilis correptio, eos ab aliorum communione seiangit, mavultque, ut lupi faucibus exponatur ovis una morbida, quam totum gregem inficiat: quanquam etiam unius illius salutem exoptat, eamque ideo etiam seiangit, ut dum se a grege seferit exulem, pudore suffundatur, ac illuc redire optet, & festinet. Non tam exigit poenam, quam morborum curationem, non vult maectare, sed salutem conciliare. Sed eundem sibi finem debent praestituere Principes, ut scilicet bonum publicum curent, non autem ut perdant, & destruant singulares homines, nisi forte quatenus bonum publicum reorum mortem exigit. Si non ad bonum commune multitudinis, inquit S. Thomas opusc. de regim. Princip. lib. 1. cap. 1. sed ad bonum privatum regentis regimen ordinetur, erit regimen iniustum, atque peruersum. . . . bonum liquidem gregis Pastores quaerere debent, & Rectores quilibet bonum multitudinis sibi subiectae.

85. Sed utriusque, & Pontifices scilicet, & Reges, dum pro bono publico singulares subditos pleetunt, etiam illorum bono consulere debent, quantum possunt. Sanè nemini fas est,

U u ; est,

lib. VII.

Responso.

horum potestatem ad se habentibus... quod unius usus cum alterius exercitio comparatur... non contenti tantum regere subiectos suos, violenter eis dominari nituntur...

ARGUMENTUM IV.

horum potestatem ad se habentibus... quod unius usus cum alterius exercitio comparatur...

Responso.

horum potestatem ad se habentibus... quod unius usus cum alterius exercitio comparatur...

ARGUMENTUM V.

82. Petri de Marca de legibus Ecclesiasticis. Tenim Regum imperium a Sacerdotali in eo maxime distat, quod illi non solum singulorum civium rationes commissae sunt, sed totius Reipublicae salus;

U u ; est,

itas  
lica

est, quantumvis potenti, mortem alicujus, aut aliud malum sub ratione mali petere.

86. Quod autem Principes aliquando privatis hominibus vitam auferant, ut communitati nocere desinant; quod etiam subjectos ad solvenda tributa, quorum dubia est justitia, compellant, non est indicium arctioris obligationis in legibus politicis, quam in Ecclesiasticis, sed majoris timoris in hominibus à pœnis temporalibus, quam à spiritualibus. Quamobrem rectè concludit Dominus de Marca cum Theodoro; *Aliam esse rationem legum Regiarum, & Canonum; quod illæ severas pœnas à reis exigant, hi autem errantes in viam reducere, & agris remedia parare conentur; quando peccatum est in leges Evangelicas, aut mores receptos. Hinc tamen non consequitur, vim obligandi, majorem inesse legibus politicis, quam Canonicis.*

87. Sed quæ causa est, ut præfatus Author Principibus, si non jure ordinario, sed summo jure agere velint, earum Constitutionum executionem urgere posse concesserit, quæ de jure dubio feruntur, & ab invitis civibus obsequium extorquere sine ulla Tyrannici Imperij exprobratione: illam autem facultatem Summis Pontificibus, aut Ecclesiæ universæ denegaverit? Numquid in dubio præsumendum est pro justitia legis civilis, & pro injustitia Canonice? Nōne etiam legibus Ecclesiasticis convenit ratio boni publici; quam subjungit? *Est enim, inquit, dura sint aliquando Regum Imperia, ordo ille imperandi, & parendi id exigit, ut subditi Dominorum mandatis cedant, quemadmodum Apostoli disertissime docuerunt. Quidni etiam Ecclesiæ præceptis parendum sit, etiamsi gravia videantur?*

#### CONCLUSIO.

88. Omnino tenendum est, quod lex Ecclesiastica quoad obligationem inducendam, sit independens ab acceptatione.

Explicatur & probatur. Quia ex fide Divinâ certum est, legislativam Ecclesiasticam potestatem Papæ immediatè à Christo, inferioribus autem Prælati à Summo Pontifice collatam, non pendere à populo. Nisi ergo præsumi possit de voluntate Papæ nolentis suâ lege pro casu aliquo obligare, nemo excusatur transgrediendo ejus legem debito modo promulgatam. Hic verò Papæ consensus præsumptus generatim duplex est, *legalis* scilicet, qui fundatur in sacrorum Canonum constitutionibus; & *personalis*, qui est per tolerantiam scientis & tolerantis non observationem alicujus à se latæ legis.

89. Quare i. legis obligatio usu non recepta ex legali Papæ consensu cessat per desuetudinem legitime præscriptam. Ratio est. Quia consuetudo legi contraria post lapsum temporis præscriptioni necessarium, tollere potest legem usu jam receptam. *ex Can. ult. de Consuetud.* Ergo à fortiori desuetudo, seu non usus

legis potest impedire obligationem legi nondum receptæ. Ad hoc tamen requiruntur duæ conditiones, quarum altera est, ut iste non usus sit introductus à totâ communitate, vel saltem majori ejus parte. Hic autem nomine communitatis non tantum venit universa Ecclesia, pro quâ latæ sunt leges Pontificiæ, sed quælibet etiam particularis communitas, seu civitas aliqua. Altera autem conditio est, ut legislatore non sciente, legem à se latam non servari, interveniat tempus pro præscriptione necessarium. Et quamvis pro legibus Canonicis per non usum, nesciente Papâ, abrogandis exigatur tempus 40. ann. hoc tamè accipi debet de legibus jam receptis, non verò de legibus in usum nunquam deductis, ad has enim abrogandas sufficere decennium, tradit communis sententia, Cujus ratio est. Quia ut lex censetur absolute non acceptata, & per non usum abrogata, sufficit consuetudo longi temporis, *ex Panormit. in Cap. Cum olim, n. 4. de Cleric. conjug.* At tempus decennium sufficit, ut dicatur consuetudo seu præscriptio longi temporis; juxta *Gloss. in cap. ult. de Consuet. in 6.*

Quod si 2. Legis non observantia fiat sciente legislatore, nullum certum tempus necessarium esse pro legis abrogatione, sed sufficere tot actus contrarios majoris partis communitatis, qui *moralem* conjecturam de tolerantia legislatoris efficere valeant, docent Theologi. Ratio est. Quia tunc rogatio legis fit per *tacitum* legislatoris consensum *personalem*, pro quo præsumendo, nullum tempus est jure præscriptum, sed prudenti arbitrio definiendum est, quando legislatore statuti à se latæ non observantiam tolerante, possit rationabiliter præsumi *tacitus* ipsius de ulterius non obligando consensus. In quo adeo casu, licet illi, qui legem ejusmodi non observare inceperunt, omnino peccarent, ex subsequente tamen Principis, per tolerantiam ipsius præsumpto consensu, eatenus cessat, vel suspenditur legis obligatio, ut citra culpam possit non servari.

Ex simili præsumptâ legislatoris voluntate, dum lex pro aliqua provincia, seu communitate est difficilis observationis, vel adversatur consuetudini receptæ, excusatioque ipsam ab ejus observatione, saltem quousque Papa, seu Princeps informetur de difficultate, seu receptâ consuetudine, tenent insignes Theologi, quorum aliqui addunt, cum talis interposita est supplicatio, legem eatenus esse suspensam, ut, si legislator auditâ supplicatione populi, nihil respondeat, sed taceat, censetur consentire, & legis obligationem tacitè auferre. Ratio est. Tum quia locorum specialium consuetudines & statuta, cum sint facti, & in facto consistant, eatenus potest Papa probabiliter ignorare; ut ipsis, dum rationabilia sunt, per constitutionem à se noviter editam (nisi expressè caveatur in ipsâ) non intelligatur in aliquo

derogare. ex Can. 1. de Constitut. in 6. Tum quia in Can. Si quando. 5. de rescriptis. ita habetur: Si quando aliqua tuae fraternitati dirigimus, quae animum tuum exasperare videntur, turbari non debes. Qualitatem negotij, pro quo tibi scribitur, diligenter considerans, aut mandatum nostrum reverenter adimpleas, aut per litteras tuas, quare adimplere non possis, rationabilem causam praetendas. Quia patienter sustinebimus, si non feceris, quod prava nobis fuerit insinuatione suggestum.

4. Denique Serra in fine cit. dubij refert, aliquos existimantes, etiam in casu dubij, utram lex sit usu recepta, vel per non usum praescripta? licere in foro conscientiae sequi sententiam, quae negat, usu receptam esse. Et hinc, cum aliqui dubitant, an Bulla Clementis VIII. de largitione munerum sit usu recepta, illos, qui stante tali dubitatione, contra illam aliquid efficerent, non incursum penas latis adversus contravenientes. Idem esse etiam de Extravagante. Ambitiose Pauli II. contra alienantes Bona Ecclesiastica: aliquos enim putare, quoad poenas dictam Bullam non esse receptam.

PROBATIO I.

Desumpta ex authore tractatus de libertatibus Ecclesiae Gallicanae cit. lib. 2. cap. 5.

IN hanc normam argumentatur iste Author. Cum Deus Optimus Maximus superiori auctoritatem confert ad gubernandum, & praecipuum, ex consequenti obligationem imponit subditis ad sequendum & obediendum; sunt enim, ut loquuntur Dialectici, duo correlativa, quorum unum non est sine altero, & frustra esset potestas regendi ex una parte, nisi ex altera responderet necessitas obediendi.

Id luculenter declaravit Christus ipse, cum Lucae cap. 30. Apostolis dixit: Qui vos audit, me audit; & ne quis levioem aestimaret culpam, quae contra praecpta ab hominibus facta perpetraretur, quam si Christus proprio aliquid ore praecipisset, addidit; Et qui vos spernit, me spernit, quibus in verbis obedientia, & contemptus non ad personas, sed ad doctrinam referuntur, nec discrimen ponitur inter materiam fidei, & morum, vel disciplinae; atque ita nihil excipitur, ubi distinguitur nihil. Non est etiam illud Christi oraculum de contemptu, quem in scholis formalem vocant, interpretandum, sed de simplici inobedientia, quemadmodum ex verbis sancti Matthaei cap. 10. vers. 14. colligitur. Quicumque non receperit vos, neque audierit sermones vestros, exeuntes foras, &c. Quis igitur neget, Apostolos, eorumque successores posse fideles, etiam renuentes, obligare ad recipiendas leges, & ad illas servandas, nisi forte affirmare ausit, aut Christum ipsum id non potuisse, quae execrabilis esset blasphemia, aut suam potestatem cum Ecclesiae Praelatis non communicasse, quod Evangelij verbis repugnat. Quibus potuisset melius verbis Christus

significare potestatem illam, quam S. Petro, & in illo caeteris Ecclesiae Pastoribus contulit, hominum acceptatione non indigere, quam istis; Quodcumque solveris super terram, erit solutum & in caelis; quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in caelis. Verbum enim ligandi repugnantiae superandae vim significat.

Si leges superiorum Ecclesiasticorum non obligarent, recusatam etiam sine causa; major esset subditorum potestas vim illis aut consentientium, aut detrahentium per acceptationem, vel reculationem, quam superiorum, quibus expectandus esset subditorum consensus. Etenim cum obligatio necessitatem inducat, & sit quasi quoddam vinculum; si lex, cum a legislatore profertur, non ligat, nec ad obediendum adstringit; utrumque autem praestat post consensum, & acceptationem; sequitur, legem non a conditore vim obligandi trahere, sed a subditis ipsis, quae ratione potiores partes in proprio regimine obtinent.

Nec potest argumenti hujus robur infringi, reponendo, consensum subditorum esse tanquam conditionem, non autem causam obligationis, quam lex infert, dum est acceptata, quemadmodum in contractibus minorum non Curatoris assensus, sed minoris voluntas validum efficit pactum, quamvis desideretur etiam assensus ille Curatoris. Haec enim comparatio magis confirmat argumentum, quam elidat. Nam primo contractus minoris naturaliter obligat, etiam si non intercesserit Curator. Secundo hinc fit, ut etiam in foro externo, quae ex vi hujus contractus soluta sunt, repeti nequeant, nisi speciali lege id cautum sit. Tertio secundum Gallicanorum Jurisprudentiam rati sunt hujusmodi contractus, & validi reputantur, donec Principis beneficio minoris se laesum asserenti succurratur, ut possit a conventionem rescire. Quae omnia non conveniunt legi secundum eorum mentem, qui acceptationem omnino necessariam arbitrantur; atque ad eorum mentem, ut lex obliget, plus efficit subditus acceptans, quam superior ordinans.

Nemini unquam committitur Jurisdictio, sine facultate cogendi. Ridicula enim esset potestas homini a Principe collata in hunc modum: Ego te constituo illius Provinciae, aut Civitatis Gubernatorem, vices meas tibi committo, auctoritatis meae participem te facio, gratum, ratumque habiturus, quidquid a te praestitum fuerit, tanquam a me ipso esse datum, quisquis mandata tua contempserit, tanquam mea despexerit, reus habebitur, &c. cum hoc tamen pacto, ut cives ad nihil eorum, quae iusseris, obligentur, nisi libererit, illudque faciendum receperint. Nonne ipsum a natura inditum lumen rationis perspicit, mancam, & inutilem fore Gubernatoris auctoritatem, si ad sua, & Principis praecpta adimplenda nequiret adigere subditos, etiam renuentes?

Quis enim in animum possit inducere, gladium Principibus, & Magistratibus eo tantum sine a Deo potestatem, ut eo tunc solum

quid VIII. est impaire obligatum... quibus in verbis obedientia, & contemptus non ad personas, sed ad doctrinam referuntur, nec discrimen ponitur inter materiam fidei, & morum, vel disciplinae; atque ita nihil excipitur, ubi distinguitur nihil. Non est etiam illud Christi oraculum de contemptu, quem in scholis formalem vocant, interpretandum, sed de simplici inobedientia, quemadmodum ex verbis sancti Matthaei cap. 10. vers. 14. colligitur. Quicumque non receperit vos, neque audierit sermones vestros, exeuntes foras, &c. Quis igitur neget, Apostolos, eorumque successores posse fideles, etiam renuentes, obligare ad recipiendas leges, & ad illas servandas, nisi forte affirmare ausit, aut Christum ipsum id non potuisse, quae execrabilis esset blasphemia, aut suam potestatem cum Ecclesiae Praelatis non communicasse, quod Evangelij verbis repugnat. Quibus potuisset melius verbis Christus

96.

97.

98.

99.

itas  
dne  
lica  
A

lãm uterentur, cùm homines, quibus præpositi sunt, in eas leges peccarent, quæ fuissent ab ipsis acceptatæ, non autem ut ad eas acceptandas, dum essent iustæ, sinè iusta causa recusantes, compellerent? Num autem Christus vicarios suos Ecclesiæ Pastores reliquit inermes? Illorum quidem armæ carnalia non sunt, sed armis tamen non carent. Potestas ligandi, & censuris innodandi, non versatur in solis ulciscendis contra præcepta Divina patris criminibus, sed etiam in puniendis fidelium contumacia, qui Ecclesiam non audiunt, Divinæ legis observantiam suis ordinationibus adjuvantem.

100. Non patitur forma legum Ecclesiasticarum, nec sanctorum Patrum, aliorumque Doctorum, de illarum vi loquentium, verba, ut intelligamus, illas eò usque robore carere, dum fuerint à subditis acceptatæ. Nam v. g. quæ illis censura apponuntur, indicant, etiam reluctantes ad illarum executionem teneri. Quæ in re, cùm non fiat mentio acceptationis, neque distinctio inter privatos, & communitates, imò interdum expressè ad communitates pœnæ diriguntur, non debet obligatio ad privatos tantùm, aut etiam ad communitates ipsas post acceptationem factam, referri, Et si quandoque Legislator acceptationis meminit, exceptio in illo casu firmat regulam pro cæteris.

101. Innumeros ferè Canonici Iuris interpretes, & Doctores possemus huc congerere, qui licet varia inter se sentire videantur, quia circa eandem hypothesein non versantur, ut vidimus in exemplis supra expensis: in hoc tamen omnes conveniunt, ut doceant, legem iustam, secundùm Principis intentionem subditos obligare, nisi iustam habeant non parendi causam; sed ab ijs referendis superfedemus, quia huiusmodi authoritati non satis tribuunt Galli. Videri possunt apud Prosperum Fagnanum in cap. Treugas de Treuga & pace, ubi hanc questionem fusè profertur, præsertim à num. 48. & in hunc modum concludit; Intrepidè concludendum est, legem Ecclesiasticam post publicationem ligare à sui principio ante ullam populi acceptationem.

102. Absit, ut libertates Ecclesiæ Gallicanæ instabili, atque odioso illo fundamento nitantur, quod plerique suspicantur, qui libertates illas nihil aliud esse putant, quàm facultatem, seu licentiam faciendi, quod libuerit, refusandi, quod non arriserit. Iustam causam aut habent, aut habere se putant; cùm quid aut amplectuntur, aut respuunt, quicumque iniustos se aperte non profitentur.

#### PROBATIO II.

Refutatoria auctoritatum pro parte contrariâ allegatarum à præcitato Petro de Marca.

103. AB hoc Authore citantur duo magni nominis Theologi, ad probandam necessitatem acceptationis, ut leges obligent, sci-

licet Ioannes Gerson, & Ioannes Major. Verùm de hisce Doctoribus reponit prælegatus & uxor tract. de libert. Eccles. Gallie. cit. lib. 2. cap. 8. Licet, sicut & Nicolaus Cusanus ab eodè de Marca alibi allegatus, eo tempore scripserit, quo Summi Pontifices, seu legitimi, seu falsi, Galliam insolitis oneribus ferè oppresserant, tempore scilicet schismatis inter Pontifices Romæ, & Avenione sedentes, aut tempore bellorum, ideoque vehementer inculcaverint abusus autoritatis Pontificis contra sanctam, & priscam Canonum disciplinam, nusquam tamen non meminerunt legitime Vicariorum Christi potestatis, & ebitæ ab omnibus fidelibus erga sanctam Sedem non solùm venerationis, sed etiam obedientiæ.

Ioannes Gerson in tractatu de vita spirituali lect. 4. quæ signanter citatur à Marca, hæc habet corollario primo. Nulla transgressio legis naturalis, aut humanæ, ut naturalis est, vel humana, est de facto peccatum mortale. Sed hæc doctrina nihil iuvat ad stabilendam necessitatem acceptationis, distinguit enim tantummodò, Theologorum Scholasticorum more, duas, ut ipsi loquuntur, formalitates in eadem lege. Prima, quod dicitur à ratione naturali, vel constituta sit ab hominibus. Secunda, quod à Deo sit posita, vel firmata; & ab hac secunda, non autem à prima potest habere, quod obliget sub pœna peccati mortalis; sed in omni lege iusta reperitur utraque illa ratio, seu formalitas. Hæc Gersonis mens manifestè patet ex probatione, quam adducit, scilicet, quia lex naturalis, & humana, ut tales sunt, non possunt attingere ad cognitionem aternitatis in pœna; vel primum; non ergo feruntur ad finem talem supernaturalem.

Corollar. 4. concludit in hunc modum: Est ita quantum lex aliqua habet admixtum de lege Divina præceptiva, tantùm, & non amplius est ejus transgressio mortaliter vitiosa. Et corollar. 7. Nulla lex appellanda est, neque ferenda tantquam necessaria ad aternam salutem, quæ non est de jure Divini in aliquo quatuor graduum, quæ lectio præcedens exposuit. Hæc doctrina primò specie videtur ab omni peccato mortali eximere violationem cujuscumque legis humanæ, nisi sit etiam lex Divina. Verùm contraria mens aperte significatur in corollario 6. cùm de præcepto abstinendi ab operibus servilibus, & sacrosanctum Missæ sacrificium audiendi, sic loquitur Gersonius. Quod si peccat quis mortaliter transgrediendo limitationem istam Ecclesiæ, hoc non est propriè ex hoc, quod Ecclesia sic præcipit; sed quia sic limitate expeditur pro communitate: Et jam homo si contemptor Divini præcepti (hucusque solum Divinæ legi vim obligandi tribuere videtur: sed Prælatorum auctoritatem statim asserit) & suorum superiorum, quibus sponte se submisit, aut submittere debuit pro utilitate sui, & communitatis, cuius pars est.

Sed in lect. 2. ad quam remittit in corollario 7. omnem




PROBATIO III.

Prioris continuativa.

omnem auferat dubitandi occasionem. Distinguit enim quatuor gradus legis ad Divinam legem pertinentis, ad quorum aliquem præcipue tertium, vel quartum evidentissime reducitur quæcumque lex, manifestam non continens injuliam; Dicamus, quod illa lex est pertinens solum ad Divinam, quæ, licet deduci non possit à veritatibus solis Divinis, deducitur tamen ex eisdem consumptis aliquibus veris probabilibus, quæ piè & rationabiliter negari non possunt. . . . In tertio gradu sunt leges, quæ ad sui deductionem per leges Divinas requirunt propositiones dubias, quæ tamen plus incitant & edificant ad devotionem, quam opposita, aut quas tutius est, concedere, quam negare. Exempla multa, & quotidiana sunt in Canonibus Summorum Pontificum, & Decretalibus. Illi quippe Canones, aut Epistolæ Decretales imitantur legibus Divinis, utpote talibus universalibus; Qui vos audit, me audit; Obedite Præpositis vestris: Quæ dicunt, facite, & similibus. Sed subsumendo pro minori propositione, aut in consequentia consumuntur sæpius propositiones, quæ non sunt de lege Divina, aut quæ dubie sunt, aut non prorsus certæ, quod proficiunt observantibus. Tamen in multis tutius est, eas concedere, nec pertinaciter impugnare, &c. Postremus gradus continet leges, quæ ex legibus Divinis non plus deduci possunt, aut minus, quam opposita. Quæ lex amabò, si justa sit, non pertinere ad legem Divinam aliquo ex illis modis.

107. Sed progreditur ulterius Gerson, nam Coroll. 3. lect. 4. docet, in dubio iudicandum esse pro lege; verba inferius exhibebimus. Demonstrabimus etiam alibi, quomodo Summi Pontificis auctoritatem defendat, & hæreticos arguat illius impugnatores, ut hinc patet, Gersonium, dum auctoritati Summi Pontificis aliquid videtur detrachere, ad abusus suo tempore frequentes respicere. Diutius spe nosstræ, inquit hujus tractatus lect. 3. tenuit nos sermo de hac potestate Summi Pontificis, quoniam tempestas præsens ad hoc impulsit, pro qua magis necesse est, potestatem hanc ad clarum cognoscere, atq; fecerere, quam olim antea, præsertim ad videndum subtractionis factæ justificandæ, vel cassandæ rationem, præsuppositis eis, quæ facta sunt. De subtractione loquitur à Benedicto XIII. Pontifice Avenionensi, cui paruerunt Galli tempore schismatis, de quo alibi fusius.

108. Joannes Major post Gersonium scripsit, & se Universitatis Parisiensis sententiam sequi professus est, in 4. sent. dist. 15. quaest. 4. qui locus citatur à Marca. Ad Gersonis sententiam interpretandus est, ut scilicet non obligent leges ad legem Divinam nullo modo pertinentes, id est, injustæ, vel justæ de causa reculatæ. Puderet, ni fallor, Doctores celeberrima Facultatis Theologicæ Parisiensis affirmare, leges etiam justas posse repudiari, quamvis renitente Principe, ac sine justa causa. Contrarium suadent eorum Decreta alibi referenda.



109. PErigit namque præfatus Author dicto cap. 8. à n. 7. quæ à Petro de Marca in suam sententiam adducebantur auctoritates, in ipsum retorquendo. Etenim Joannes Driedo Professor Lovaniensis lib. 1. de libert. Christiana cap. 9. docum. 2. citatus à Marca, docet quidem, legem in foro conscientie non habere vim obligandi, quando non est moribus utentium recepta, sed supponit tacitum consensum Principis metuentis turbationem Reipublicæ. Tamen enim, inquit, lex illa non expedit Reipublicæ sic dispositæ, cum plus damni, & turbationis, quam boni inde sequeretur. Neque enim possit lex illa moribus utentium confirmari, dum Princeps non possit absque turbatione Reipublicæ punire illos legis transgressores, populo legem illam non acceptante. Dispositio tamen Reipublicæ prædicta vix culpâ vacaret, si lex omnino justa esset.

110. Cæterum auctoritatem Superiorum & eis parendi obligationem, dum nihil præcipiunt legi Divinæ contrarium, in illo ipso loco validissime defendit: Ex his, inquit, manifestum est, falsam esse doctrinam eorum, qui dicunt, Ecclesie Prælatos, superioresque Potestates non plus facere posse imperando, quam faciunt Magistri, aut Doctores Dei legem, seu præcepta docentes, & Prælatos nihil aliud posse facere, quam faciunt medici, qui agrotis intendant, quis cibis mortiferis sit corpori, quis salutaris. . . . Nam & sunt alia innumera sacre Scripturæ testimonia, ex quibus liquidum est, Prælatorum, & superiorum potestatum officia esse, non solum docere, aut intinere, quid Deus jubeat, sed & imperare, dirigere, & coercere populum. Deinde & scire oportet, supradictas Scripturas à sanctis Patribus sic intellectas esse, ut ex illis sequatur, etiam nos oportere obedire in his, quæ non sunt secundum se præcepta lege Divinæ, quemadmodum latius declarabitur infra, & in solutionibus argumentorum.

111. Testimonia Innocentij I. & Gelasij, quæ profert præfatus Dominus de Marca loco citato cap. 8. in alienum sensum ab eo detorquentur. Cum enim Innocentius epist. 18. quæ est ad Alexandrum Episcopum Antiochensem, quædam decrevisset circa jus Metropolitanum, & de refectione Clericorum Arianorum, scribit, ut hæc Decreta mittantur ad ceteros Episcopos, ut ab omnibus unanimiter observentur. Quæ in re non illorum arbitrio permittit, ut vel acceptentur, vel repudientur, sed proviçet tantum, ut ab eis non ignorentur, quod sufficere putat, ut communi consensu ab omnibus executioni demandentur. Et licet hanc significationem in Synodo feci cupiat, satis tamen esse insinuat, si ad Episcopos pervenerit; Gravitas itaque ipsa, inquit, hæc ad notitiam Coepiscoporum, vel per Synodum, si potest, vel per harum recitationem faciat pervenire, ut ea, quæ ipse tam necessarium percontatus es, & nos tam eliminatè respondimus, communi omnium consensu, studioque serventur. Gelasius autem dicit, Constituta Conciliorum Universalium

xxx

fieri

fieri ex assensu Universalis Ecclesie; non autem statuta Conciliorum ab assensu Universalis Ecclesie pendere, ut vim habeant obligandi; ac in hoc magnam Apostolicæ Sedis autoritatis partem collocat, quod Synodorum Decreta confirmet, exequatur, & observari faciat. *Confidimus, quod nullus jam veraciter Christianus ignoret, uniuscuiusque synodi Constitutum, quod Universalis Ecclesie probavit assensus, non aliquam magis exequi Sedem præ cæteris oportere, quam primam. Quæ & unamquamque Synodum suâ autoritate confirmat, & continuatâ moderatione custodit, pro suo scilicet Principatu.*

112. Ex eo, quod Anastasius Bibliothecarius, non omnes ubique Canones vigere, affirmat ad marginem 6. Canonis septimæ Synodi, ubi mentio habetur ejuſdem Canonis Trullani, nequit Marca inferre, necessariam esse acceptationem, ut lex vi suâ polleat, cum à quamplurimis alijs causis procedat hæc inobservatio, præsertim ex tacito Summi Pontificis consensu.

113. Non magis urgent verba Diurni Romani ab eodem Marca relata, quibus pollicebatur olim Pontifex, se servaturum omnia Decreta Canonica Prædecessorum Apostolicorum Pontificum, quæcumque ipsi Synodaliter statuerint, & probata erant. Nec enim hæc voce probata significatur necessitas consensûs subditorum, ad hoc, ut Superiorum legibus teneantur, sed contrarijs Constitutionibus, aliâve legitimâ ratione non abrogatâ: quod ex verbis sequentibus colligitur, sicut ab eis (Pontificibus) statuta sunt, in sui vigoris stabilitate custodire.

114. Denique verba illa Philippi II. Francorum Regis à Marca loco citato exscripta, Ecclesia non recipit quàmplures Canones, qui per consuetudinem abierunt, vel ab initio non fuerunt recepti, intelligi debent de Canonibus ab Ecclesia Romana non receptis, v. g. Trullanis, vel cum consensu expresso, aut tacito Summorum Pontificum in ulum non redactis. Nec enim illud Philippi testimonium, aut alia supra relata definiunt, posse subditos, Superiorum iustas suas leges acceptari, & observari contententium, voluntati sine peccato obſistere.

S. V.

Corollarium.

115. **E**X dictis inferitur. In quantum fas sit, deferre Ecclesie Gallicanæ libertatem fundamentis, nempe facultati retinendæ antiquæ discipline Canonice, & examinandi, utrum novæ leges sint utiles futuræ, eâque, si cum utilitate conjunctæ non sint, repudiandi? Hoc equidem fundamentum posterioribus sufficienter discussum est in antecedentibus. Quare de priori duntaxat superest, ut in præſenti Corollario agamus.

336

ILLATIO I.

In quantum sit laudandus antiquorum Canonum usus. Ex Authore cit. tract. de libert. Eccles. Gallicanæ lib. 2. cap. 1.

Ipsis equidem Spiritûs sancti oraculis admonemur, antiquam disciplinam sciscitari. Hæc dicit Dominus, inquit Hieremias cap. 6. v. 16. *state super vias, & videte & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in eâ.* Ne quis autem reponat, monitum illud eò tantum pertinere, ut inter vias antiquas optimam eligamus: arctius nos alibi ad disciplinam illam antiquam obstringit Spiritus sanctus, extra semitas illas excurrere vetans. *Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt Patres tui.* Proverb. 22. v. 28.

Eodem ferè modo procedunt gratia, & natura, & in utraque, sicut quæque res ad suum principium proximè accedit, ita ipsius perfectionem maximè consequitur; quòd autem recedit longius, eò deficit magis ab ejus virtute. Hinc fit, ut Religiosi Ordines primis institutionibus temporibus ferventiores, & diligentiores sint in sequendis præceptis, quæ fuerunt à fundatoribus tradita, & imitandis illorum exemplis: processu autem temporis tepescat ille ardor, ac tandem relaxatâ omninò disciplinâ regulari, abolendâ sint, nisi fortè ad antiquam formam, renovato religionis spiritu, revocentur.

Pari quoque ratione, licet Ecclesia Catholica columna sit, & firmamentum veritatis, navis à nulla tempestate submergenda, domus Dei, adversus quam portæ inferi nunquam prævalitura sint; tamen in pluribus, & aliquando præcipuis suis membris infirmitatis humanæ defectus patitur, & refrigerante charitate, abundat iniquitas. Quantum enim, heu, distamus à primis illis Christi discipulis, quorum vita, virtutes & mors ipsa efficacissima erant argumenta veritatis, & sanctitatis Christianæ Religionis.

Quid igitur mirum, si ad finem usque mundi magnâ veneratione prosequenda sint sacra illa regulæ, quæ tunc constituta sunt, cum abundantius sese Spiritûs Sancti gratia effundebat in Christianos, maximè autem in Pastores, penes quos erat legum ponendarum facultas.

Tanta solet incommoda invehere legum mutatio, ut vel eo solo nomine commendandum sit antiquæ discipline studium, & in eâ retinenda firmitas. Hanc tradit doctrinam Doctor Angelicus 1. 2. quæst. 97. art. 2. his verbis; *Habet ipsa legis mutatio, quantum in se est, detrimentum quoddam communis salutis, quod ad observantiam legum plurimam valet consequendo, in tantum, quòd ea, quæ contra consuetudinem communem sunt, etiamsi sint leviora de se, graviora videantur.* Unde quando mutatur lex, dimittitur vis constrictiva legis, in quantum tollitur consuetudo: & ideo nunquam debet mutari lex humana, nisi ex aliqua parte tantum recompenſetur communi salutis, quantum ex ista parte derogatur. Et infra;

infra; Unde dicitur à Iurisperito, quod in rebus novis constituendis evidens debet esse utilitas, ut res recedat ab eo iure, quod diu æquum visum est.

121. Sed etsi omni aliâ probatione hæc doctrina destituta esset, illius veritatem abundè demonstraret experientia. Nam si omnes Rerumpublicarum, Regnorum, aliorumque Cætorum calamitates, & everfiones inspiciamus, ab innovatione aliquâ imprudenter factâ sæpissimè occasionem accepisse, advertemus, ut verè dixerit S. Augustinus epist. 119. ipsa mutatio consuetudinis etiam, quæ adjuvat utilitate, novitate perturbat.

122. Complectitur autem antiqua disciplina Decreta Conciliorum Oecumenicorum, Summorum Pontificum Constitutiones, imò & Conciliorum Provincialium Canones, specialem tamen erga Concilia Oecumenica venerationem præferunt Galli, dum suas libertates allegant.

123. Equidè, si Dominus noster Iesus Christus, ubi forent duo, vel tres in nomine ejus congregati, se quoque futurum, pollicitus est, quis dubitet, illum in Cætu omnium Ecclesiæ Pastorum simul congregatorum præsentiorum fore, & luminis, ac gratiæ vim majorem in eos effusurum.

124. Apostoli Spiritu sancto repleti exortas circa circumcissionem, & alias observantias Legales, difficultates non fecerunt, ut facillè poterant, enodârunt: sed in Concilio congregati post longam disquisitionem, solverunt. Notanda sunt autem verba, à quibus incipit illud decretum Apostolicum: *Visum est, inquit, Spiritui sancto, & nobis. Quæ quidem verba argumento sunt, quod Spiritus sanctus Concilijs, maximè Oecumenicis præsit, ea illustret, & ad veritatem infallibiliter dirigat. Porro cum primum in unoquoque genere sit mensura, & regula cæterorum, illud Apostolorum exemplum sequi debent, qui in illorum locum succedunt, quando tempora incidunt, quæ id exposcant.*

125. Is fuit omnibus retrò sæculis Catholice Ecclesiæ sensus, quæ maximam vim habere Concilia Oecumenica, semper putavit ad conservandam, vel restaurandam fidei puritatem, & morum sanctitatem. Quin etiam congregata sunt sæpe Concilia ad constituendam disciplinam in rebus, quæ hodie non tanti momenti videntur, ut illarum causâ evocandi essent undique à suis Diocesisbus Pastores.

126. A Concilijs generalibus, in quibus Summus Pontifex Caput visibile Ecclesiæ, & præcipua ejus membra, id est, Pastores conjunguntur, representatur Ecclesia illa, quæ ab Apostolo dicta est columna, & firmamentum veritatis, i. ad Timoth. 3. quam qui non audit, debet, ut Ethnicus, & Infidelis exterminari. Quæcumque ab Ecclesia sic congregata oracula proferuntur, à promissione Divina plenissimam obtinent auctoritatem.

127. Addi alia ratio potest, quæ plurimum valet, ut Christiani Concilijs Oecumenicis obsequantur libentius. Cum enim in augustis il-

lis Cætibus cujusvis Nationis, & Provinciæ Antistites intersint, fidemque omnium ubique Christianorum, variisque illorum mores, & usus liberrimè promant, facilius assentiuntur fideles Decretis post tam accuratam rerum cognitionem prolatis, & sibi à proprijs Pastoribus denuntiatis, assignatis item, si quando expediat, rationibus & auctoritatibus, quibus ducti fuerint Judices. Certior etiam inde fit populus, non adulterata fuisse Decreta, ut in Concilijs minùs frequentibus aliquando contigit.

128. Licet autem aliquando mali etiam Pontifices in hujusmodi Concessibus prophetizent, fit, nescio quomodo, ut sanctiora habeantur, quæ à sanctioribus statuta sunt, quales scimus, multos fuisse ex ijs, qui primis præsertim in Concilijs Oecumenicis sederunt, unde maxima illis accessit veneratio.

129. Utinam Ethnicis, & Hæreticis hæc in parte rationem, nullâ perturbatione, nulloque proprij sentis, aut effectus præjudicio præventi, consulerent! Mirum, quanta in eo tractandarum rerum Ecclesiasticarum modo illis elucecerent argumenta veritatis, & sanctitatis, quæ Religionis nostræ insunt. Quis enim non perspicat, Cætum numero, sapientiâ, scientiâ, sanctimoniâ, & alijs dotibus, quibus præditi sunt viri, ex quibus constat, illustrissimum, augustissimumque, non nisi vera, & justa decretorum? Hujus rationis pondere quasi oppressi duo Episcopi Provinciæ Avenionensis, qui hæretici ad Concilium Tridentinum accesserant, Catholice fidei jugo mentem submiserunt, ut refertur in vita Gallicè conscripta Illustrissimi Bartholomæi de Martyribus Archiepiscopi Bracharenfis lib. 3. cap. 1.

130. Nemo igitur jure merito accuset Gallos, quod antiquam disciplinam venerentur, eamque retineant, ubicumque facta in personis, aut negotijs mutatio novas leges non requirit.

ILLATIO II.

*Ita tenenda est antiquorum Canonum disciplina, ut tamen sit aliquando necessarium, per novas leges antiquas derogare. Ex præcæto Authore ubi supra cap. 2.*

131. Fatebitur enim, quisquis ratione uterit, accommodandas esse leges moribus eorum, quibus præstituantur, atque variandas secundum personarum, locorum, & temporum conditionem, non ita quidem, ut regulæ ad arbitrium hominum, fortè perditorum, insectantur, sed ut, pensatis illorum dotibus, affectibus, usibus, tales ei præscribantur leges, quæ illorum salutem, vitæque rectè instituendæ aptiores videantur. Cum autem hominum mores, sicut & aliæ res omnes, mutationi sint obnoxij, necesse est, ut, si antiquis moribus novi adversentur, per regulas antiquas contrarias ad bonum publicum deducantur. Non jildem ægritudine animi

cap. VIII. ILLATIO I. ...

...itas ...

animi semper laborant: sed quemadmodum in corporibus nunc ille, nunc contrarius morbus grassatur; unde contraria, pro vario morborum genere, medicamenta sunt adhibenda: ita mentes successivè contrarijs erroribus, & vitijs subjacent, quibus modò istis, modò illis legibus occurrendum est.

133. Habet quidem plurima incommoda legum mutatio, si cum levitate, aut imprudentia conjuncta sit, non per necessitatem quasi extorta. Quamobrem, ut docet S. Thomas 1. 2. *quæst. 97. art. 2.* non statim, ut seise melius aliquid offerit, quam quod à lege intendebatur, immutanda est, sed opus est, ut hanc mutationem aut maxima necessitas postulet, aut evidentissima utilitas. Verùm, quæ ratio est, ut, quod ad bonum publicum institutum est, si perniciosum evadat, etiam contra bonum publicum retineatur.

133. Hincmarus Archiepiscopus Rhemenfis antiquæ disciplinæ acerrimus propugnator, & in defendendis Gallicanis libertatibus, à plebiscitis scriptoribus in exemplum adductus, est absque necessitate mutari non debere, quæ semel in concilio status, vel iudicata sūt, opusculo sic inscripto, contendat, diffiteri tamen non potest, quin occurrente necessitate, mutatione opus sit, quod quamplurimorum Summorum Pontificum testimonijs ibidem confirmat. Inter alia refert ex epistola 95. Leonis I. quæ est ad Rusticum verba sequentia: Sicut quadam sunt, quæ nullâ possunt ratione convelli, ita multa sunt, quæ aut pro consideratione atatum, aut pro necessitate rerum oporteat temperari.

134. Egregiè admodum explicat Summi Pontificis in temperandis Canonibus auctoritatem Gelasius I in ea epistola, quæ est ad Episcopos per Lucaniam, & Brutios, & Siciliam constitutos cap. 1. *Necessaria rerum dispensatione constringimur, & Apostolicæ Sedis moderamine convenimur; sic Canonum paternorum Decreta librare, & verò Præsulum, Decessorumque nostrorum præcepta metiri, ut, quæ præsentium necessitas temporum restaurandis Ecclesijs relaxanda deposcit, adhibita consideratione diligenti, quantum potest fieri, temperemus; quò nec in totum formam veterem videamur excedere regularum, & reparandis militiæ Clericalis officijs consulamus.* Et cap. 2. *Præcis igitur pro sui reverentia manentibus Constitutis, quæ, ubi nulla vel rerum, vel temporum perurget angustia, regulariter convenit custodiri, eatenus Ecclesijs, quæ vel cunctis sunt privatis ministris, vel sufficientibus usque ad eò dispensatæ servitijs, ut plebibus ad se pertinentibus Divina munera supplere non valeant, tam instituendi, quam promovendi Clericalis obsequij, sic spatia dispensanda concedimus, ut si quis, &c.*

135. Quo circa cum omnia, quæ in condendis antiquis legibus intercesserunt, ad substituendas novas, consentiant, scilicet auctoritas Conditoris, utilitas subditi, facultas parendi, aliæque conditiones, cur robore carebit, quod de novo præcipietur? Quicumque igitur Decreta omnia, quæ nova sunt, solius novitatis obtentu repudiaret, non solum iniquus esset, sed & desperare videretur. Sane qui Ecclesiam non eandem hodie credit esse,

se, quæ Apostolorum temporibus extitit, aut eadem auctoritate præditam negat, vel eodem spiritu gubernatam, cum Luthero, & Calvinò inter hæreticos censendus est. Numquid enim potestas à Christo Ecclesiæ collata certis temporum spatij definita est? Numquid se cum Ecclesia usque ad consummationem sæculi futurum non pollicitus est? Numquid hominum mores, quibus, ut diximus, accommodandæ sent leges, varijs mutationibus non subjacent? Numquid quod hominibus certo modo affectis prodest, illis non obest contrario modo dispositis? Itaque qui manus Ecclesiæ ligare contenderet, ne medicamentis contrarijs filiorum suorum morbos, novis legibus novos abusus curaret, is tanquam Republicæ Christianæ hostis habendus esset.

Nec inconstantiæ accusanda est Ecclesia, cum propter evidentem necessitatem, aut maximam utilitatem, abrogatis prioribus Canonibus, novos condit; hæc enim mutatio non in Ecclesia fit, sed in hominibus Ecclesiæ subditis. Nam & Deus ipse, à quo Ecclesia omni tempore regitur, licet immutabilis sit, leges mutavit, Novumque Testamentum Veteri substituit. Idem semper est finis, sed media non semper eadem, quia homines non in eodem semper statu permanent.

Hanc exigentem necessitatem, posse mutationem fieri, sanus nemo diffitebitur: sed cuius est, de illa necessitate decernere, ac, utrum innovandum sit aliquid, judicare? Hic est unicus, aut præcipuus controversarum de libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ, pro ut communiter describuntur,cardo diligenter inspiciendus.

#### DISQUISITIO IX.

Quanta sit Romani Pontificis auctoritas circa Patriarchalia, & Archiepiscopalia, & consequenter Episcopalia jura?

##### §. I.

EX horum quoque descriptione patere potest vel ampliatio, vel coarctatio libertatis à Gallicana Ecclesia erga Pontificam auctoritatem præsentis. In quem finem oportune præmittitur distinctio, ac distributio dignitatum Ecclesiasticarum ab Authore tractatus de libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ lib. 1. cap. 2. verbis sequentibus eleganter expolita. Nempe Christus ascensus in caelum, prædicare, baptizare, & docere per universum mundum omnibus Apostolis præcipit his verbis Matth. ult. *Data est mihi omnis potestas in caelo, & in terra. Eunt ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, docentes eos servare omnia, quæcumque mandavi vobis.* Verùm quamvis quilibet Apostolus posset in qualibet mundi parte ea omnia officere: tamen ex communi consuetu-